I

NOTATY Z KALENDARZY DAWNYCH KRAKOWSKICH XV, XVI, XVII W.

przyg. do druku. 39 k. - 28.XII.75 - K. Maurs.

1400–1507. Martini de Ilkusz Mscr.
1532–1536 Philippi Padniewski. Caffman 1531. 8°
1499–1508 Erasmi Ciołek Stoeffleri 1499–1509. 4° R. XVII. 15.
1512–1519. Valentini mediū d. ut. Holszan. Stoefleri 1512–1531. Venet. 1507. R. VI. 6.
1519 Martini de Ilkusz Joannis de Gmunden 1519 Vienn.
1534–1550 Martini de Ilkusz Luca Gaurici 1535–1551. Venet. 4°
1536–1548 M^ri de Łowicz Stoeffleri 1532–1551. Venetiis 1532.
1507–1531 Nicolai Sokolnicki Stoeffleri 1507–1531. Venet. 1507. R. VII. 6
1506–1531. Luca Noskowski Stoeffleri 1506–1531. Venet. 1506. R. XI. 3.
1467–1506 Ignoti . . . Joan de Monteregio 1492–1506. Augusta 149[illegible]
1496– 1531 Nicolai de Wielyszka . . Joan. Stoeffleri 1492–1531. R.V.36
1526–1528 Ignoti . . . Mscpt.
1523–1524 Nicolai de Wielyszka. Mscpt
1484–1531 Leonardi de Wyszuka. Stoeffleri 1499–1531. Ulmae 1499. R. 3. 7.
1534–1551 de Sczercevice . Stoeffleri 1532–1552. Venet. W. VI. [illegible]
1544–1556 Mihael a Vislica Pitati Petr. et Stoefleri 1544–1556. Tubingae 1554. S. IV. 11.
1527–1546 Mihael de Wislica . . . Stoeffleri 1513–1531. Venet. 1513 R. XI. 13
1501–1530 Mihael Vratislavien. . Stoeffleri 1499–1531. Ulmae 1499. R. XI. 13
1499–1531 Martini de Ilkusz . . . Stoeffleri 1499–1531. Ulmae 1499. R. XI. 14 (IX. 4)
1547. Mihaelis de Vislicia. Stoeffleri 1532–1552. Tubingae 1533.
1512–1531 Bernhardi de Biskupice Stoeffleri 1507–1531. Venet. 1507. XI. 8. 47
1532–1546 Pauli Wolski – . Stoeffleri 1532–1551 Tubingae 1531. R. XI. 17
1507–1531 Casparis de Varsovia. Stoeffleri 1506–1531. Venet. 1506. S. IV. 34.

117

1577 d. 14 Julii habitu przyjęcie, d. 15 Julii intromissio in Abbatem w Ołomuńcu.

Ephemerides Josephi Moletii Mathematici ab a. 1564 ad a. 1584. Venetiis 1564. 4°

bacc. 1485
m. 1501

med. Dr. Can. Pultovien.
bacc. 1508
mgr. 1513.

Baccal. 1482 pleban in Sajczno Dr. Dierel
m. 1487

Bacc. 1509

Baccal 1488
1491

Zapiski


Erazma Bauka

(+ 1563)

1530 — 1540

Gauricus 1534–1557

J. S




Notata Erasmi Bank consulis cracov.
+ d. 9 Maii 1563.

1530 d. 11 Sept. natus primogenitus filius Franciscus Erasmi Bank consulis crac. et d. 26 Martii 1533 nati gemelli Erasmus et Petrus Erasmi Bank consulis crac.
1533 am Mitwoch vor Trinitatis mortuus Franciscus Bank consul crac.
1536 d. 17 Sept. natus Stanislaus Bank
1538 d. 16 Januar. nata Catharina filia Erasmi Bank
1540 d. 27 Junii natus Joannes Bank et nati d. 6 maji 1543 Anna Bank – d. 15 Octobr. 1545 Severinus Bank – d. 1 Aprilis 1547 Christophorus Bank – d. 8 Aprilis 1548 Rozina Bank quarta filia Erasmi Bank nata.

[:Dopisy w: Ephemerides recognitae per Lucam Gauricum Neapolit. ab a. 1534 – 1557. Venetiis sumptibus Lucae Antonii Juntae 1533. 4to :]

Martinus Zborowski filius Andreae castelani Oświęcim natus A. 1610 d. 16 Octobr.



6

Biem z Olkusza, Marcin

1400 - 1507.

Rp.

7

Notata Martini de Ilkusch.

(Notata Martini de Ilkusz)

Anno Domini 1400 Universitas Cracovien[sis] est fundata.

A. D. 1409 Haeresis Wicleff in Regno Bohemiae pullulare cepit per Joannem Hus suscitata, qui combustus est A. D. 1415.

A. D. 1410 Rex Vladislaus vicit Prutenorum 50,000

A. D. 1414 Lipsensis Universitas fundatur.

A. D. 1415 feria sexta post Octavas Corporis Christi hora tertiarum eclipsis solis fuit maxima, ita ut stellae apparerent acsi nocte.

A. D. 1424 Sigismundus Imperator et Rex Daciae Cracoviae fuerunt. Eodem anno Ziska peste tactus interiit.

A. D. 1425 Clavus domini Cracoviam Reginae Sophiae portatus.

A. D. 1431 Disputatio Doctorum Cracoviae cum Hussitis coram Vladislao Rege. —

A. D. 1449 Sbigneus Cracoviensis Episcopus in Cardinalem creatur. Mortuus 1455.

A. D. 1453 Constantinopolis a Turcis capitur.

Eodem Anno die 5 Augusti Capistranus Cracoviam venit, cui obviam iverunt Rex Casimirus cum Sophia genitrice sua et Regina et Sbigneus Cardinalis. Eodem anno fundatum est monasterium Bernardinorum in Stradomia. Praedicavit quolibet die quatuor horis et mansit Cracoviae a die 5 Augusti ad 14 Maii, multos sanans. Mortuus 1456 ex calculi iliumque pressura febribus correptus 23 Octobris. —

A. D. 1459 Wratislavienses cives petebant se uniri in Regnum Poloniae.

86

A. D. 1461, die Jovis 16 Julii. Andreas Theczinsky Clementem armificem obiurgat et leviter vapulat. Campana tandem in unam partem pulsata, in ecclesia S. Francisci quo confugerat, ante sacramentum occisus est, et de ecclesia per canale usque ad praetorium corpus exanime tractum. Anno tandem sequenti 15 Januarii quae fuit dies 2ᵃ sex sunt decolati ex civibus isti: Conradus Lanq, Stanislaus Liemither, Joannes Sarley qui erant Consules, Albertus pictor, Nicolaus Szerlanga et Nicolaus lictorum Magister. Sepulti in ecclesia B. Virginis ante sacrarium.

A. D. 1461. Testa beati Stanislai sudasse aliquoties visa est.

Eodem Anno die Martis 27 Aprilis ignis a S. Trinitate exorsus conflagravit has plateas: Castrensem, Argentariorum, Luxaricz(am) Legati, Fraternitatis, Columbarum, Pistorum et Judeorum; item ecclesiam S. Trinitatis et S. Francisci; via 200000 flor. damnum recuperabile.

A. D. 1464 Judei per Cruciferos hic ubi nunc est Collegium Cracoviae trucidantur.

A. D. 1472 Monachi in Rupella fundantur.

A. D. 1473 Arsit ecclesia S. Hedvigis, S. Bernardi, S. Andreae, platea Canonicalis, Castrensis et monasterium S. Andreae. Arserunt et oppida Wieliczka, Konin, Belz, Chelm, Lubodlia, Mogila etc.

A. D. 1475 Locustae per Poloniam volabant in longitudine trium milliarium et latitudine ij in Augusto erant ad longitudinem unius digiti.

A. D. 1479 Iwan dux Moscoviae accepit sub rege Poloniae Nowogrod ex quo 300 currus plenos duntaxat auro, argento, lapidibus pretiosis, margaritis reduxit: de alia suppellectili nobili sine numero. Constabat hanc Nowogrod plus habuisse in thesauris quam decem Venetias.

Fredericus Cardinalis cum matre sua Elisabeth ordinat inclusorium de puro auro, unionibus preciosis circumdatum pro testa capitis S. Stanislai; cuius valor cum labore aestimatur ad octo millia fere.

A. D. 1502 in Septembre Tartari exusserunt Opatow, Rzeszow Jaroslaw, Radimno, Belz etc. circa festa Michaelis

A. 1507 die ☉ 24 Janu Sigismundus in Regem Poloniae coronatus circa 19 –

(die Jovis) die ♃ 11 Februarii Mgr. Joannes Glogovita mortuus. –

(die Veneris) die ♀ 5 Martii Doctor Martinus Crac. Theologus mortuus. (Lysy) –

die ☿ 25 Maii Doctor Juris Joannes Wladislauita mortuus.

die ♀ 26 Maii Doctor Medicinae Albertus Szamotuli mortuus. –


Anno etiam eodem Doctor Medicinae Blasius Witembergensis mortuus. –

die ♀ 11 Junii famulum Doctoris Regulae fulmen occidit in praetorio.

A. D. 1493 die Lunae 18 Augusti D. Doctores et Magistri conventione facta cum Joanne lapicida super aedificio gradus et ambitus usque ad stubam cum exedra in 80 florenis; floreni in 30 gros. computandum. –

A. D. 1494 in Collegio thesaurus inventus. –

(Ex Codice manuscripto in fol. – in Archivo Universitatis Cracoviensis



Biem z Olkusza, Marcin 10


1499 – 1531.

Stoefflerinus: 1499 – 1531
Inc. 2697 (R. XI. 14. – Math. 1861).

z Wiślicy, Michał Kop.

1547

Stoefflerinus: 1532 – 1551
Cim. 5527 (t. IX. 4. – 5. IV. 7. – CXXXIV. 1. – Math. 1871).



Notata Mgri Martini de Ilkusch

1499 d. 15. Januar. natus est d. Samuel Maczyegiowsky canonicus crac.
" " d. 27 Mart. natus Adam filius Mathiae Mathla Art. et Jur. Dr Cracoviae.
1500 d. 4 Martii nata est Sophia filia d. Zayfreth consulis crac.
1500 supra solitum Regni Poloniae messis ante f. S. Johannis Bapt. fuit; fuerunt namque ver et aestas satis calidae; canicula autem a Junio ad Jacobi pluviosa ac frigida.
1501 d. 9 Januar. Nuntii imperatoris Thurcarum Baiseti de Cracovia discesserunt, fere integro anno comorati et per regem Albertum in Cracovia servati
" " d. 11 Januar. Nuntii Thartarorum Zawolensium venerunt ad Regem et perpetuam ligam interpositis juramentis concluserunt.
" " d. 20 Aprilis Rex Albertus exivit de Cracovia in Thorun
" " d. 26 Julii. Funus Joannis Alberti regis adductum est Cracoviam
" " d. 29 Novembr. Alexander electus rex cum magno apparatu et magnificentia 1400 militum equitum venit Cracoviam et d. 12 Decembr. coronatus est per Fridericum Card.
" " 21 Decembr. d. Martinus Byem consul Ilkusiensis pater meus (Mgri Martini de Ilkusch) mortuus est in Wyelyun civitate natalis suae
1502 d. 4 Febr. Helena conjunx regis Alexandri venit Cracov.
" " d. 3 Maji Alexander rex exivit de Cracovia Lithvaniam.

1502 Circa festum S. Michaelis Thartari gladio et igne vastaverant Russiam et districtum Sando-miriensem. Exusserunt Rzeschow, Jaroslaw, Radymno, Belsz, Kunow, Lagow et magnam Opatow, depellentes innumerabilem praedam, in aquis ultro quam 1000 homines tranatando Is-tulam suffocarunt. Thartarorum fuerunt 30,000.

1503 d. 16 Maji Mgr. Stanislaus Byel de Novacivitate fit Dr. Theol.

1504 d. 15 Mart. Mgr. Johannes Stobnycza vocatus ad Collegium majus.

d. 1 Maji Dr. Wyszoczky mortuus

d. 17 Maji Dr. Sthanzechowski canon. et vicarius crac. mortuus

d. 22 Augusti. Kazimirie civitatis magna pars igne conflagrata vesperas incipiendo 22 hora.

1505 (1404) d. 19 Martii d. (Nicolaus) Lęczyczky can. crac. mortuus

" " d. 31 Aug. d. (Johannes) Goslawszky canon. crac. mortuus

" " d. 30 Augusti. mortua est Elisabeth regina Poloniae olim Kazimiri conjunx

" " mensis Sept. Philippus Beroaldus Bononiae mortuus.

" " 9 Decembr. Mgr. Nicolaus Wyeliczka obtinuit ~~Astronomiam~~. viceancel. univ.

1506 d. 16 Febr. Dr. Jacobus de Gosthynin mortuus.

" " d. 9 Junii Dr. cophta (Solfa?) respondit pro loco in Medicinis

" " d. 11 Octobris Alexander rex sepultus est cum exi-quo pomparum apparatu. (w Wilnie?)

1507 d. 20 Januar. Sigismundus rex venit Cracoviam et d. 24 Januar. coronatus

d. 9 Januarii obtinui plebaniam in Ilkusch

d. 9 (11) Febr. Mgr. Johannes de Glogovia majori mortuus est, in ~~ecclesia~~ s. Floriani occulte sepultus propter interdictum Cracovie.

1507 d. 3 Martii Ignis in platea S. Floriani et S. Spiritus hora prima vesperarum. (Lysy)
" " d. 6 Mart. Dr Martinus de Cracovia decanus S. — Floriani mortuus
" " d. 22 Maji Dr Clemens de Pyotrkow Canon. gnezn. — mortuus, d. 22 Maji Dr Johannes Wladislawita (et — Dr Juris. Can. — 26 Maji Dr Albertus Schamotuli D. med. mortui. —
1508 Tota estate pestis fuit Cracoviae incipiendo a Penthecostes seviebat plus circa Bartholomei desiit circa Martini — tota Universitas dispersa, Bursae clausae.
" " 21 Augusti Dr Valentinus de Ilkusch canon. vicarius in spiritualibus Cracoviae mortuus.
1510 d. 20 April. Mgr Nicolaus de Wieliczka mortuus (Collega minor)
1513 Hoc anno ad mensis Novembris initio hiems incepit intensissima et duravit constantissime sequenti anno usque per Martium. Tanta et insolita hiems erat, quod similis a memoria hominum non erat et destructae omnes fructiferae arbores prae nimia frigiditate
1513 d. 17 Sept. Dux Rathiboriensis per d. Laurentium Myszkowski in campo prope Zathor interfectus est
1514 d. 4 Febr. Mgr Leonardus de Cracovia Juris Dr collegiatus mortuus
" " d. 12 Febr. Adam de Lowicz Med. Dr mortuus
" " d. 24 Martii Mgr Johannes Stobnyeza tunc Art. decanus ingressus est religionem Bernardinorum.
" " d. 15 Sept. Dr Stanislaus de Ilkusch avunculus meus (Bylica) mortuus.
" " d. 24 Novembr. Mgr Johannes Michalowssky Baccal. S. Theol. Canon. S. Flor. mortuus
1515 Annus iste ultra humidus pluviosus et undarum aquarum excuberans quod multa frumenta in campis sunt destructa tempore messis propter continuas pluvias
1516 d. 26 Febr. Dr Nicolaus de Pylcza Decanus S. Floriani mortuus

1515 d. 18 April. d. Nicolaus Kamyeneczky palat. et capit. crac. mortuus est.
" " d. 8 Junii Inundatio magna ex pluviis usque ad 19 Junii
d. 3–7 Julii Magna inundatio.
" " d. 2 Julii nata est reginula secundogenita Sigismundi Cracoviae
" " d. 23 Augusti inundatio maxima ubi pons magnus Cracoviae fere in totum fuit aquis coopertus
" " d. 24 Augusti Pestilentialis contagio sevire caepit Cracoviae – Scholares recesserunt
" " d. 6 Sept. d. Andreas Kosczyeleczky thesaurarius regni Pol. mortuus est Cracoviae
" " d. 26 Septemb. nix prima fuit
" " d. 10 Octobr. Stanislaus Jaroczki praefectus Aulae reginalis, hastilusor famosus.
" " d. 2 Octobr. Barbara regina Pol. defuncta est
" " d. 9 Octobr. d. Zaufreth filius senior defunctus est peste
" " d. 19 Octobr. Sepultura reginae cum magna pompa
" " d. 30 Octobr. d. Zaufreth antiquus consul crac. mortuus est, ditissimus.
" " d. 19 Novembr. Reginula Elisabeth copulata est duci Lygnicziensi.
" " d. 10–18 Decemb. Inundatio aquarum ex pluviis.
1516 Annus hic plus siccus. Vini fuit copia et bonum
" " m. Januario hyems nulla pene erat; pecora ad campum pro pabulo pellebantur.
" " d. 27 Januar. Jubilaeus publicatus est Cracoviae.
1516 d. 16 August. d. Johanni Morsther consuli crac. natus est filius Georgius. – In Augusta nonnulla contagionis pestiferae (quae saeviebat in minori Polonia a mense Junio) indicia apparebant Cracoviae

13

1516 ~~1520~~ d. 1 Octob. Mgr. Stephanus de Lukow peste mortuus est

" " d. 3 Oct. Mgr. Johannes Kotzmider Med. Dr mortuus

1517 d. 22 Januar. promotus sum in Sacra Theol. cum Mgro Nicolao Mykosch et Mgro Michaele Vratislaviensi.

" " d. 20 ~~Januarii~~ Febr. duo monachi S. Francisci (qui d. 5 Septembr. 1516 Magistrum jugulaverant) in circulo crac. decapitati sunt, et alii d. 13 Junii.

" " d. 17 Febr. Elisabeth ultimogenita Kazimiri regis ducissa Lygnicensis mortua est

" " d. 27 Oct. Petrus filius d. Petri Ligqza de Bobrek natus est.

" " d. 2 Novembris gelua sicca incipiunt et ante f. S. Martini Wistula congelata est

1517 d. 6 Decembr. Contracta sunt sponsalia per nuntios regis Poloniae cum Bona ducissa in Baro

1518 exorta est haeresis Luterana.

" " d. 25 Januarii Rector Universitatis Dr Byel cum doctoribus et Magistris quaestus est coram Rege contra Magistr. Thomam de Obydzyno de ejus absentia ab universitate et quod conjicatur, likes.

1518 d. 30 Apr. d. Nicolaus Czepel de Posnania Dr praep. Vratislav. canon. crac. s. andDomir. praep. ploc. cujas mortuus, Decret. Dr plebejus en Posnania natus

" " d. 7 maji Dnus Johannes Smiggel Med. Dr et Prof. mortuus est. Notarius civitatis Crac. Lector ordinar. medicinae.

" " d. 21 Junii d. Johanni Morsten consuli natus est filius Johannes Bapt.

" " d. 20 Junii Dr Garsias Hispanus lector in Utr. Jure in Univ. Crac. per regem et episcopos stipendiatus mortuus est Cracoviae.

Posnania natus tenuit 38 beneficia vir doctissimus et prudentiss. plurimos libros latinos et graecos donavit univ. crac. 1 an. laur. a. 1472, secundo 1475 accepit. (not. Stanislai de Crac.

90

1518 d. 23 Julii Ad mandatum regis sub rectoratu Miechovitae privatus est collegio Mgr Thomas de Obydzyno cantor plocensis propter ejus non residentiam personalem et in locum ejus Mgr Leonardus Vyszyka electus in collegiaturam, lecturam et altariam.

1519 d. 9 Januar. Mgr Johannes de Shamotuli Paterek nuncupatus Decret. Dr interfectus est per nob. Ruszczky equitando ad Zator, in villa Rusocice, frustratim.

Circa 4 horam noctis sequentis

" " d. 18 Januarii Bona regina peperit filiam primogenitam Izabellam italice dictam (nomine aviae dictam) in nostro idiomate Elisabeth. Baptisata in eclesia cath. Crac. per Joannem Konarski ep. Crac. die penultima Januarii

" " d. 30 Januarii Cracoviae publicatae sunt litterae commissoriales Sedis Apost. super examinationem miraculorum b. Jacinti et comissio facta per episc. crac. et premiss.

" " d. 5 Febr. Desponsatio d. Dris Johannis Noskovski cum Catharina Leglarowa et d. 13 Febr. nuptiae.

" " d. 17 Julii Jacobus secundogenitus d. Petri Ligansa de Bobrek natus.

" " mense Septembri Cracoviae pestis apparuit d. 15, scholae dispersae

" " d. 21 Decemb. Dr Mathias de Szydlow canon. crac. S. Theol. Prof. collega ~~major~~ mortuus. (tenuit per 21½ annis canon. cath. crac.)

1520 d. 30 Januar factus sum Canonicus S. Floriani

" " d. 12 Febr. Dr Michael Parisien. canon. ~~[illegible]~~ S. Flor. mortuus.

" " d. 9 Martis Tres Kazimirienses: ~~[illegible]~~ videlicet 2 consules Shelag antiquus et Syeczko et tertius scabinus videlicet filius praefati Shelang sunt decollati ante portam arcis, quia 3 nobiles in Kazimiria ob factam violentiam decollari jusserunt.

" " d. 18. 19 Augusti maximae inundationes, ob imbres continuos magna damna in campis

" " totus November et December fuit calidus

1521 d. 26 Julii Mgr Albertus Pyotrkovita Prof. Theol. canon. S. Flor. mortuus

1521 d. 9 Julii Campana magna quam rex Sigismundus fieri fecit de 220 cent. cupri alias aeris consecrata et d. 13 Julii incepit ejus pulsatio. (Serce dzwonu Zygmunta, które pękło ~~[illegible]~~ (ważyło 7 centn.) dnia 31 Grud. 1859 spadło.)

" " d. 18 Decembr. d. Nicolaus Jordan castel. woynic. mortuus Cracoviae.

1522 d. 28 Aprilis Sententia prolata est contra Salomonem Umbram qui suspectus fuit de haeresi Lutherana.

" " d. 20 Maji Mgr. Mathias de Myechow Med. Dr. ~~[illegible]~~ Can. Crac. obtulit Universitati 100 flor. pro perficienda libraria superiori et alios 130 pro horologio in Majori Collegio ~~[illegible]~~ formando et censum 10 marc. pro augenda Collegiatura in Astrologia

" " d. 16 Octobr. S. Galli electus sum in Rectorem Universitatis

1523 d. 20 Januar. Mgr. Albertus Crayna Coll. min. duxit uxorem vetulam Saszowszka sexagenariam et Collegiaturam resignavit.

" " d. 24 Aprilis post Georgii mart. reelectus sum in Rectorem Universit.

" " d. 5 Maji hac nocte sagitatum est ex bombarda manuali contra regem ita quod vix non est interfectus

" " d. 24 Maji post horam noctis sequentis primam exivit ignis a Folthin in posticis domus acialis ex oppos. Minoris Collegii, omnes domus usque ad plateam sutorum excustae, 2 domus Universit. Scola S. Annae noviter*) de muro constructa, bursa nova alias Almanorum**) cum omnis domibus usque ad murum, domus versus Bursam Jerusalem – Collegium majus servatum est

*) per Mathiam Miechovitam

**) per ol. Mgrm Glogovitam erecta. Et pars Collegii majoris artistarum anterior et posterior evasit magnus (ogień trwał 1 godzinę)

1524 Hoc anno magna Caristia ex mala crescentia anni praeteriti; metreta siliginis 1 sexag.

" " d. 29 Febr. mortuus Mgr. Thomas de Obydzino cantor plocensis et quondam Collega major vir profecto maturus et multum misericors

" " d. 9 Augusti d. Dr. Borek exivit ad Hispaniam ad Imperatorem ex parte reginalis majest. ocasione Bonorum in Neapoli in Baro, quos recepit

91

Imperator in possessionem.

1524 d. 2 Decembr. fuit Synodus Cracov.

1525 d. 19 Martii fulmen cecidit in turrim arcis cracov. dictam Lyubranka et dejecit globum

" " d. 10 April. Magister Prussiae fecit homagium regi Polon. in circulo crac. in majestate sedit rex indutus et dedit sibi cathenam auream valoris 400 flor. et vexillum album de adamasek in quo depicta fuerunt arma: duae nigrae aquilae cum aureo... et ...tanam aurea in pectore cum S litera: quae arma ipsi rex dedit

1525 d. 3 Julii Mgr. Martinus de Shamotuli Collega Major obiit (ponim doftat meisse Nicolaus a Schadek Proco piades. in colleg. majus)

" " d. 1 Septembr. pestis incepit saevire Cracoviae in platea Slawkoviensi et in Klepaz; duravit sequent. mense.

" " d. 7 Octobr. d. Johannes Haller consul crac. mortuus est.

" " d. 17 Novembr. Dr. Stanislaus Bargel de Casimiria mortuus.

1526 mense Maji die 8 mortuus Stanislaus Baranowski abbas tinicienses

" " d. 9 Julii Elisabeth primogenita Ferdinandi Romanorum et Bohemiae regis nata est Lincii (ex uxor Sigismundi Augusti)

" " d. 31 Julii pestis incepit in Olkusch ex Slesia.

" " d. 13 Septembr. pestis incepit Cracoviae

" " d. 16 Octobr. Joannes Amicinus de Crac. Dr. Jur. suffrag. crac. plebanus S. Nicolai mortuus astmate. (rector, vicecancel. viceconservator univer.)

" " d. 6 Novembris institutus sum plebanus S. Nicolai (Mgr. Martinus de Olkusch Dr. theol. canon. S. Flor. electus d. 28 Octobr. 1526)

1527 d. Joannes Pilecki capit. lublin. mortuus Cracoviae

" " d. 11 Febr. Mgr. Joannes de Rawa Dr. in Med. respondit pro loco inter doctores Universit. habendo quaestionem de febre pestilentiali.)

" " d. 3 Martii nocte apud Judeos Casimiriae 9 domus sunt conflagratae. (circa quartam horam)

2 (Martinus de Ilkusch)

ex aede d. Zhanczinski 15

1527 d. 16 Martii nocte ignis in platea columbarum a bursa Hierusalem eundo versus plateam Vislensem erupit et 16 domos consumpsit in platea S. Annae versus Bursam ad murum usque.

" " d. 3 Junii Leopolis tota cremata est cum turribus civitatis, ubi turris in qua pulvis erant et cum suburbio, ardere cepit hora 1 ante occasum solis.

" " A primis diebus Augusti pestis incepit Cracoviae apparere, duobus mensibus viguit, apparuit 23 Julii (Koniec moru w listopadzie)

" " d. 2 Septembr. Mgr Michael de Olszna S. Theol. Prof. canon. S. Flor. mortuus peste.

" " d. 26 Sept. Mgr Stanislaus Byalkowski S. Theol. Bacal. canon. S. Floriani mortuus peste

" " d. 15 Novembr. Joannes de Oszwyeczim S. Theol. Prof. canon. crac. mortuus Cracoviae habens 84 Ann.

1528 d. 11 Febr. Mgr Nicolaus Mykosch de Cracovia S. Theol. Prof. custos S. Floriani mortuus.

" " d. 24 Aprilis exivit ignis a fabro e camino circa novam portam circa horam vesperarum qui majorem partem civitatis spatio 3 horarum absumpsit a porta nova per plateam Slawkoviensem usque ad ecclesiam S. Stephani (ita ut ad 360 homines igne interirent) violenter et subito: conflagratae 6 ecclesiae S. Spiritus et S. Crucis funditus, S. Marci, S. Floriani in Kleparz, SS. Philipi et Jacobi, S. Crucis in 3 horis absumtae sunt — Fr. lecte S. Nicolai, hospitalis, Gloria: m. Joannis, Slawkoviensis, Judaeorum, penitus et omnes turres in circuitu et hospitale scholarium

" " d. 18 Maji. monasterium in Zwierzyniec cum ecclesia totaliter igne absumptum — eadem die hora vesper. ignis circa horam 20 erupit sub praetorio Casimiriae ex vino sublimato et magna pars Casimiriae conflagrata cum praetorio, pannicidio, macellis carnium, domibus duarum partium circuli usque ad portam Wielicensem et bochnensem et crematae sunt domus ad 100 sed postea emersit quod incendium in Zwierzyniec et in Kazimiria factum est per unum incendiarium, qui palo est infixus.

" " d. 27–29 Junii Magna aquarum inundatio, Wistula magna damna fecit.

" " d. 10 — 14 Julii major inundatio quam mensis praecedentis, ex pluviis, pons tamen Casimiriensis remansit 92

1528 d. 1 Augusti pestis incepit Cracoviae, et est jam quartus annus quo pestis viget Cracoviis - et durabat mense Septembri licet jam lenta et Octobri

1528 d. 2 Octobr. Janusius rex Hung. exivit de Tarnow in Hungariam

" " d. 19 Octobr. Dr. Mathias de Schamotuli mortuus peste

" " d. 12 Octobr. Oratores Caesaris Thurcarum ad Joannem regem Hungariae in villa Janiszkowicze prope Pilzno in Polonia venerunt.

" " d. 11 Novembr. Pestis Cracoviae fere cessavit

" " d. 24 Novembr. Mgr. Jacobus de Siradia Collega major mortuus

1529 d. 23 Febr. Inundatio maxima Vistulae.

" " d. 18 Octobr. Sigismundus Augustus sublimatus est in Magnum ducem Lithuaniae et d. 18 Decembr. datus in regem Poloniae

1530 d. 14 Januar - gen. d. Zegfreth desponsavit sibi virginem Elisabeth

" " d. 20 Febr. die Solis Sigismundus Aug. coronatus est et in crastino sedit in throno in Circulo Crac. ubi excepit a civibus homagium

" " d. 24 Julii Joannes Rex Hungariae donavit domum Budae Dri Mathiae de Ilkusch secretario suo

" " d. 11 Augusti Malcherowa consulissa Crac. per apostasiam prolapsa ad fidem judaicam in qua multos annos fuit, illam infidelitatem abjuravit et fidem catholicam prosequuta est in Curia episcopali praesentibus omnibus praelatis, plebanis et Consulibus Crac.

" " d. 11 Augusti d. Dr. Mathias de Ilkusch secretarius regius a Rege Hungariae Joanne obtinuit et Canonicatum pro Martino Craviecz de Ilkusch alias decano.

" " d. 23 Octobr. d. Joannes Morstin copulatus est cum Hedvigi filia d. Pancratii (Gutteter ?)

" " d. 20 Decemb. Petrus de Cracovia Art. et Phil. Dr. archidiaconus ploceus. mortuus Cracoviae.

1531 d. 24 Aprilis Mgr Bernardus de Cracovia S. Theol. Prof. Decanus S. Floriani mortuus.

" " d. 8 Maji hora prima noctis sequentis ignis erupuit in platea castrensi versus ecclesiam S. Andreae et conflagratae domus prope 100 cum schola OOSS et illic finem habuit.

1494 Regina Poloniae Bona nata.

1492 (d. 29 Julii) in die Marthae ignis exivit in platea Sutorum et ecclesiam S. Annae cum Collegio majori consumpsit.

1494 Major medietas Cracoviae a porta Nova per plateam Slavkov. usque ad plateam sutorum igne consumpta – item A. 1523.

1474 Collegium Juristarum igne absumptum.

1492 d. 29 Julii ignis erumpens ~~[illegible]~~ nocte voravit omnes domos circa S. Annam praeter Collegium majus

/: Rękopiśmienne dopiski Mgri Martini de Ilkusch (+ 8 novem 1540) w dziele druk: Almanach nova plurimis annis venturis inservientia (ab a. 1499 - 1531) per Joannem Stoefflerinum Justingensem et Jacobum Pflaumen Ulmensem accuratissime supputata. Opera (arteque) impressionis Joannis Reger A. 1499 hae Ephemerides novae absolutae sunt Ulmae. 4to – są tu dopisy matematyczne – długości miejsc w Polsce geograficzne – zapisy meteorologiczne troskliwie zebrane – zjawiska astronomiczne – horoskopy – i chronologiczne zapisy z dziejów Polski, Włoch a mianowicie Węgier – uchwały Uniwersytetu – i notatki biograficzne. – R. XI. 14.


Notata Mgri Michaelis de Vislicia.

1547 d. 10 Decemb. Erasmus Midlarz Crac. abbas Clarae tumbae mortuus

Rękopiśmienne dopiski w druk. dziele: Ephemeridum opus Joannis Stoeffleri Justingensis Mathematici a capite anni 1532 in alios 20 ¢ calculo elaboratum Tubingae per Hulderichum Morhart 1533 Kal. Feb. 4to. na tytule drzeworyt: Effigies Jo. Stoefler Annorum 79. — 4^e t. IX. 4. Dopiski te są ręki ~~[illegible]~~ Michaelis de Wislica inscripti in album Univ. Crac. 1517. Collega major ab a. 1534, S. Theol. Baccal. Canon. S. Floriani ab a. 1540, Dr Theol. ab a. 1546, Decani Theol. facultatis ab a. 1550, Canonic. Cathedr. Crac. + 1579 — zawierają spostrzeżenia meteorologiczne.

Ante 1514 Doctoris Zalesie pulvis contra pestem pro domino Vladislao rege Hungar.: ℥ij


Gencianae, Diptami Corallorum alborum } ana omnium
Tormentillae, Terrae sigillatae
pro potatione cum vino.



Biem z Olkusza, Marcin 18

1519.

Andreas Perlachius: Almanach super a. 1519. Wien, Singrenius [1518]. 4°
Cim. 4735.



Notata Mgri Martini de Ilkusch

1519 d. 2 Januar. Electio novorum Consulum d. Severini Boner et Stanislai Postrzigacz.
d. 3 Januar. Incorporatus sum Universitati.
d. 7 Januar. Episcopus Crac. venit Cracoviam. Gelu intensum et d. 11 gelu intensissimum.
d. 13 Januar. Gelu intensum.
" 14 " Remissio.
" 15 " Resolutio.
" 18 " Rex Sigismundus intravit Cracoviam. d. 18 Januar. circa horam 4 noctis sequentis Regina Bona Cracoviis enixa est filiam Elisabeth alias Isabella quam in ecclesia cathedr. crac. d. 30 Januarii baptisavit Joannes Konarski episc. crac.
" 16 " Licentiatura in Theologia Mgrum Alberti Piotrkovitae et Thomae Bederman de Posnania – creati in Doctores theol. d. 7 Febr. ad S. Annam.
" 21 " Doctor Laterek sepultus in ecclesia B. Virginis in Arena. – Iste Joannes Laterek de Shamotuli Jur. can. et S. Theol. Doctor 28 vulneribus confossus per nobilem Rusoczki cum quo litigabat pro decimis parochialis sue, interiit 3 miliaris a Cracovia die 9 Januarii. Ob cujus occisionem interdicta est Cracovia die 14 Januarii, sed relaxata d. 20 propter regis adventum. D. 21 venit Cracovia novitas Maximilianum Romanorum imperatorem electum mortuum esse in Vels die 12 Januarii.
d. 21. 22. 23 Januar. gelu intensissimum, d. 27 pluit.
d. 23 Januar. Fogelwaider contraxit cum Magdalena Thurzo sponsalia – d. 27 Febr. nuptiae
d. 26 Januar. Barbara aromataria ab Ethiopibus contraxit matrimonium cum Nicolao famulo suo.
d. 27 Januar. Exequiae in arce Crac. Maximiliani Romanorum imperatoris electi, qui mortuus est in Vels d. 12 Januar.
d. 4 Febr. Sigismundus rex exivit in Piotrkow.
d. 15 Febr. Correctionem Kalendarii scribendam suscepi. et d. 18 Febr. incepi scribere Kalendarium.

1519 d. 16 Martii Rex Sigismundus redit ex Piotrkow et intravit Cracoviam.

d. 19 Martii Tonitru prionunsante occasum solis.

d. 20 Martii Orator regis Francorum venit Cracoviam, nunquam antea visus Cracoviae.

d. 20 Martii. fr. Ludolphus Ord. Praedic. provincialis Poloniae, Dr. Theol. profundissimus mortuus est in conventu S. Trinitatis Cracoviae. Nocte autem sequenti d. Dominicus de Seczemyn Jur. Utr. Dr. peritissimus mortuus est in curia sua Sancti Martini circa horam 8. Sepulti sunt ambo duo lumina Universitatis Crac. in uno et eodem sepulchro in capitulari conventus S. Trinitatis die 22.

d. 22 Martii. Dr. Martinus Belse de Cracovia consecutus est collegiaturam Doctoris Dominici.

d. 31 Martii Orator Electorum imperii venit Cracoviam.

d. 20 Febr. Dr. Nicolaus Mikosz de Cracovia electus est in Procuratorem Universitatis.

d. 8 April. Kislinkowa mortua.

d. 12 April. Orator regis Hungariae venit Cracoviam.

d. 27 April. Benefactor meus reelectus tertio in Rectorem Universit.

d. 29 April. Joh. Saxo chirurgicus moritur.

d. 6 maji. Oratores Francii recesserunt.

d. 9 Maji Dr. Joannes Lesnicza privatus est Collegiatura sua et canonicatu S. Floriani propter absentiam.

d. 18 Maji. Mgr. Wiewiorka ivit in Italiam.

d. 19 Maji Dr. Lucas Noskowski medicus contraxit matrimonium cum Benigna virgine filia ol. Doctoris Joannis Regulis medici.

d. 20 maji Rex Sigismundus incidit in febrem, vomitum et fluxum ventris. (Cholera?)

d. 7 Febr. Albertus Piotrkovita et Thomas Bederman de Pozpania creati in Doctores Theologiae ad S. Annam.

d. 13 Febr. Nuptiae Doctoris Joannis Noskowski cum Kegl...

d. 20 Febr. Nicolaus Mikosz de Cracovia Dr. electus in procuratorem Universitatis.

1519 in mense Maio, Mathias episcopus Cuiaviensis et Raphael Leszczinsky castellanus Landensis iverunt in Frankfordiam ad eligendum novum imperatorem Romanorum pro die 15 Junii nomine Sigismundi Regis Poloniae tutoris Ludovici regis Hungariae et Bohemiae unius de numero electorum imperii. 20

d. 3 Junii Dr Gregorius de Schamotuli electus in Seniorem Bursae Canonistarum. Mgr

d. 6 Junii. Vocatus est ad Collegium majus (Martinus de Schamotuli Senior Bursae pauperum in locum Lesznicze; ad Collegium vero minus Mgr Albertus de Siradia Senior Bursae Jerusalem; Senioratum Bursae pauperum accepit Mgr Mathias Przedbor.

d. 16 Junii. Dna Agnes Szelingowa mortua est.

d. 23 Junii. Nicolaus Szeling consul Crac. mortuus.

d. 25 Junii Mgr Stanislaus de Lowicz electus in Seniorem Bursae Jerusalem.

d. 26 Junii (die dominica post festum Corporis Christi) Processio ecclesiae cathedralis per circulum, cum rege et regina.

d. 8 Julii ~~Venit~~ novitas Cracoviam Carolum Hispanorum regem ~~electum~~ in Franckfordia esse in imperatorem et Ferdinandum fratrem ejus in regem Romanorum.

d. 27 Julii Misi 6 aureos Venetias pro libris comparandis.

In diebus Julii mensis venit novitas Magistrum Prussiae excidisse suburbium Helbing et homines trucidasse.

Albertus episcopus Vilnensis mortuus apoplexia, in cujus locum d. 17 Augusti successit Joannes ex Ducibus Litvaniae filius Sigismundi regis Poloniae.

1519 d. 2 Augusti. Infelix congressus Polonorum cum Tartaris ~~iuxta~~ Sokal. Quinque millia Polonorum per Tartaros profligata et penitus caesa, in quo conflictu periere multi magnifici campiductores et strenui milites (inter quos Stanislaus Haliczki Marsalcus regni - deletum) - Novitas de hoc venit Cracoviam d. 7 Augusti circa horam 22.

d. 20 Augusti Rex ivit in Sandomiriam.

d. 1 Septembr. Rex ex Sandomiria rediit.

d. 4 Septemb. Nuptiae Doctoris Lucae Noskowski cum virgine Benigna Regulanka.

d. 8 Septembr. - Barbara Sliwczanka in adulterio deprehensa. - Venit novitas ex Litvania: ~~decem~~ decem octo millia Moscorum per Litvanos esse caesa, propter quod vesperis finitis Te Deum laudamus est cantatum.

d. 17 Septembr. Exivi de Cracovia in Wojslawicze 6 miliariis ad curandam magnif. d. Annam Czikowska, redii d. 28 Sept. curata aegrota.

d. 26 Septembr. Helbing mortuus.

In diebus mensis Septembris Scholares moriebantur peste; mortui sunt et aliquot Baccalarii de studentibus, quapropter dispersi.

d. 1 Octobr. Episcopus Crac. venit Cracoviam.

d. 3 Octobris. Palatinus Crac. venit Cracoviam

d. 9 Octobris. Nuptiae Nicolai Gross cum Hanus Borkownania prima et minuta et d. 10 Octobr. calefactio stubae prima.

d. 15 Octobr. hora quinta noctis sequentis caustae sunt postici domorum plateae Vislienfis usque ad Bursam Hungarorum. - Caustum fuit tectum Bursae Hungarorum Anno 1496 die 11 Junii.

1519 d. 17 Octobr. (~~[illegible]~~ w poniedziałek po S. Gallu którego było w niedzielę i dla tego niebierano) Jacobus Erzessow electus in Rectorem Universitatis et d. 22 Octobr. erat recommendatio novi Rectoris.

d. 19 Octobr. Arsit monasterium in Arena.

d. 26 Octobr. Archiepiscopus Gnesnensis venit Craco: viam insperate, procurabat concordiam Magistri Prussiae cum Rege – sed recessit d. 27 Octobris Archiepiscopus cum Rege.

d. 29 Octobr. Balbus orator Hungarorum venit.

d. 1 Novembris. Dr. Jacobus de Cleparz medicus et Dr. Michael Paczanow Jurista redierunt ex Italia.

d. 2 Novembr. Mgr. Antonius Bederman ex Posnania adolescens mortuus est peste.

d. 5 Novembr. Electus Vilnensis ivit in Vilnam.

d. 6 Novembr. Dr. Joannes Benedicti de Trebul medicus et dominus Joannes Zefridi Bethman redierunt ex Italia.

d. 15 Novembr. hora 17 Sigismundus Rex Poloniae accepit iter in Prussiam in Thorun primum ad celebrandam conventionem pro festo S. Catharinae, deinde ad faciendam expeditionem contra Magistrum Prussiae rebellem.

d. 24 Novembr. Mgr. Nicolaus Tholiskow ivit peregrinaturus in Hierusalem.

In mense Novembri fundata est quinta Aromataria in platea Castrensi post ecclesiam OO. SS.

d. 2 Decembris Rex Sigismundus intravit in Thorun hora 22.

d. 17 Decembr. Dr. Petrus de Oborniki petiit admissionem responsionis pro loco in Universitate.

d. 21 Decembr. Mathias de Szidlow Dr. Theol. praedicator solemnis, Canonicus ecclesiae cathedr. Crac. mortuus et d.

24 Decembr. Dr. Stanislaus Biel suffectus est in Canonicatum Cracov.
In diebus mensis Decembris mortuus est magnif. d. Jarosławski Castellanus Crac. vixit annis 103. (!)
1519 d. 20 Maji Procurator Universitatis fecit incarcerare duos muratores conscios thesauri in muris Collegii majoris reperti, qui compulsi reposuerunt ex eodem thesauro 167 aureos.

(Dopiski te są przy broszurze druków. Almanach novum super Anno Christi 1519 ex tabulis doctiss. viri Magistri Joannis de Gmunden studii quondam Viennensis alumni in officina Collimitiana per Magistrum Andream Perlachium Stirum ad Meridianum Viennensem diligentissime supputatum. Cum Caes. Maiest. gratia et privilegio Doctori Collimitio concesso. Impressum Viennae Pannoniae per Joannem Singrenium. 4to Kart 14. ded. Gabrieli Guetrater U. J. Licent. ... Andreas Perlachius Art. et Phil. Mag.)
Impressum Viennae Pannoniae per Joannem Singrenium. (1519) 4to Kart 14.

Notata Mri Martini de Ilkusch.

1519 d. 2 Januar. Electio novorum consulum d. Severini Boner et Staniol. Postrzigacz

" d. 3 Jan. incorporatus sum Universitati

" d. 7 Jan. gelu intensum. Episcopus Crac. venit Cracoviam.

1519 die 9 mensis Januarii „Joannes Paterek de Szamotuli Juris Canonici et S. Theol. Doctor multis (28) vulneribus confossus interiit, tribus milliariis a Cracovia. Interfectus est per quendam nobilem Ruszczki cum quo litigabat pro decimis parrochialis suae, ob cuius occisionem Interdicta est Cracovia die 14 mensis eiusdem, sed relaxata die 20 propter Regis adventum. – Die 21 Januarii Doctor Paterek sepultus in ecclesia Beatae Virginis in Arena."

1519 d. 20 Febr. d. Doctor Nicolaus Wikosz de Cracovia electus est in procuratorem Universitatis.

" " d. 5 Febr. Doctor Joannes Noskowski contraxit sponsalia cum Kugla.. (Leglarowa Catherina)

" " d. 7 Febr. D. Albertus Piotrkovita et Thomas Bedermen de Posnania creati in Doctores Theologiae ad S. Annam.

" " d. 10 Febr. Licentiatura Magistrorum No 18.

" " d. 15 Febr. Nupsit Joannes Noskowski.

" " d. 20 Febr. Primum votum in convocatione totius Universitatis

" " d. 27 Febr. Nuptiae Fogielwaider cum Thurzo.

1519 d. 12 Aprilis Valedixi Petrum Tworkovien̄ amicissimum Romam petiturum.


d. 11 Maii Doctor Jacobus Marci9 reposuit Universitati 10 flor. pro sui in corporatione.


Circa 20 diem mensis Maii procurator Universitatis fecit incarcerare duos muratores conscios thesauri in muris Collegii majoris reperti, qui compulsi reposuerunt ex eodem thesauro 167 aureos.

d. 8 Julii d. Stanislaus Sczavinski rediit ex Italia.

d. 15 Augusti. Mgr. Mathias acutus Cracoviam rediit ex Italia.

d. 23 Octobr. Petrus Tworkow rediit ex Urbe.





Biem z Olkusza, Marcin i anonim

1534 – 1540, 1544 – 1550


Gauricus : 1535 – 1551
Cim. 5521 (? – Math. 674).

anonim (magr. de Łowicz vel de Skierniewice ?) Krz.

1536 – 1548

pa tej osoby odpis

Stoefflerinus : 1532 – 1551.
Cim. 5530 (W. VI. 79. – CXXXIV. 1. – Math. 1870).



Notata Mgri Martini de Ilkusch.
(Continuatio.)

1534 d. 24 Aprilis Nix insolita et magna decidit
" " in principio mensis Julii maxima aquarum inundatio ex continuis pluviis, quae plus quam per unam septimanam duravit; magnus pons Cracov. versus Kazimiriam per Wistulam fluvium dejectus et totaliter destructus, cum maximo damno hominum quorum multi submersi sunt. Inundatio fuit tanta quanta in hominum memoria similis non fuit.
1536 d. 7 Julii Erasmus Roterodamus mortuus, sepultus Basileae.
" " d. 8 Septembr. Mansionarii novae fundationis in ecclesia S. Nicolai instituti.
" " d. 11 Decembr. d. Joannes Staszkowski canon crac. mortuus.
1537 d. 12 Januar. natus est filius magn. Tarnowski castellano crac.
" " d. 15 Martii Mgr. Martinus de Lieszensko S. Theol. Prof. mortuus
" " d. 9 Maji Synodus celebratus Cracoviae pro reformatione morum
" " d. 22 Augusti Conventus fuit campestris nobilitatis circa Leopolim vocatus Rokusch.
" " d. 23 Augusti Jubilaeus fuit Cracoviae.
" " d. 11 Decembr. Joannes Karnkowski episc. vladisl. mortuus Cracoviae.
1538 d. 24 Januarii Mgr. Nicolaus Crabus de Cracovia praepositus eccl. S. Annae mortuus. (post quem Mgr. Erasmus de Cracov. Dr. Decret. electus in praepositum)
" " d. 28 Januarii promoti sunt in theologia Mgri Stanislaus de Wielepole et Andreas de Cracovia canonici S. Floriani
" " d. 16 Febr. Joannes ex ducibus Lithuaniae episc. posnan. mortuus

1538 d. 8 Febr. Mgr Martinus de Tarnowye cz S. Theol. Bac. et Prof. mortuus.
" " d. 19 Apr. Mgr Andreas de Cracovia Dr Theol. mortuus.
" " d. 4 Junii Ignis cremavit magnam partem Clepardiae, medium civitatis cum platea longa ac Bis: Kupie
" " d. 9 Junii Jubilaeus Cracoviis celebratus
1539 d. 1 Febr. exivit de Cracovia regina Isabella post desponsationem ad Hungariam.
" " d. 19 Martii Citata fuit Malcherowa iterum ratione Judaismi quem abjuraverat 1530 d. 11 Augusti.
" " d. 16 Aprilis Malcherowa consulissa Cracov. quod transiverat ad Judaismum pronunciata est apostata ple a Petro Gamrat episc. crac. bona ejus confiscata et ipsa potestati saeculari tradita in curia episcopali crac. et d. 19 Aprilis igne cremata est in circulo Crac. in eo loco ubi canes occisi per canicidam colliguntur.
" " d. 28 Julii nuntius Turcorum venit Cracoviam
" " d. 22 Augusti obiit Mgr Mathias de Hlkusch (Craniecz) Art. et Decret. Dr praepositus major Agriensis, sepultus ad Corpus Christi Casimiriae.
" " d. 6 Octobr. d. Nicolaus Grosch mercator crac. advocatus supr. juris, frater meus consobrinus mortuus
1540 d. 7 Januar. cremata est quarta pars macellorum carnificum
" " d. 21 Januar. d. (Thomas) Rozinowski canon. et officialis Crac. mortuus.
" " d. 5 Aprilis Ex resolutione subita fuit inundatio Vistulae
" " d. [redacted] 15 April. Nicolaus Bedlenski scholasticus et vicarius spirit. crac. mortuus

1540 d. 18 Maji Mgr. Gregorius de Stawiszyn S. Theol. Prof. custos S. Floriani mortuus est

" " d. 5 Junii Mgr. Jacobus de Sierpcz Collega major canon. S. Flor. moritur.

" " d. 21 Julii Joannes Rex Hungariae mortuus

1544 d. 2 Maji Stanislaus Jacobeius Curelovienis natus.

1547 d. 5 Martii Stanislaus de Tarnow castelanus czechovienses natus Siradiae.

1550 d. 7 Decembr. Coronata Barbara Radziwilowna Regina Poloniae

1550 d. 12 Decembr. Strzelimuszanka matricidii poenas dedit.

): Rękopiśmienne dodatki Mgri Martini de Ilkusch + 8 Novembr. 1540 i innych poźniejszych w druk: Ephemerides [ab a. 1535 - 1551. Venetiis sumptibus Lucae Antonii Juntae typographi, Ab Luca Gaurico recognitum 1533. 4to tytułu brak.) [recognitae per Lucam Gauricum Neapolitanum

de Skierniewice
" Lowicz


Notatata cujusdam Mgri de Lowicz vel de Skierniewice.

1536 d. 18 Sept. veni Cracoviam et d. 25 Sept. vocatus sum in Minus Collegium.
" " d. 18 Octobr. Arx Cracoviensis ardebat.
1538 d. 11 Martii Joannes Choienski epis. crac. mortuus Piotrkoviae.
1540 d. 18 Maji Dr. Gregorius de Stawyszyn ingressus templum S. Stanislai, syncopi interiit.
1540 d. 12 Julii vocatus sum in Majus Collegium.
1540 d. 9 Novembr. Dr. Martinus de Olkusz mortuus
1541 d. 21 Decembr. d. Lasky palatinus Siradiensis mortuus.
" " d. 31 Decembr. d. (Joannes) Ibroski decanus crac. mortuus.
1542 d. 26 Januar. promoti in Dres Theol. magistri 2 et 2 Religiosi
" " d. 28 Januar. Mr. Stanislaus Czeslya canon. S. Flor. mortuus.
1543 d. 5 August. introductus sum in ecclesiam S. Floriani
" " d. 6 August. Gregorius Myszkowski Jur. U. Dr. archidiac. ecl. cathedr. crac. mortuus.
1548 d. 1 Aprilis die Paschae mortuus Sigismundus I Rex.
" " d. 24 Maji Sigismundus Aug. Cracoviam ingressus.

/: Rękopiśmienne dopiski w dziele druk: Ephemeridum Opus Joannis Stoefleri Justingensis ab. 1532 – 1551 Venetiis in aedibus Petri Liechtenstein. 1532. 4to.

= Cim. 5530 (Math. 1870)

patrz odpis osobny!



Kr. 30

Zapiski


Bernarda z Biskupic

(+ 1531)

1512 – 1531

Sweft. 1507–1531 t. V. 3

Cim. 5515 (Math. 1864 – XI. 8. 47)



Notata Mgri Bernhardi de Biskupice alias de Cracovia Dr. Theol. Decani S. Floriani † 24 April. 1531.

1512 d. 6 Febr. adducta est Barbara in Cracoviam pro sponsa Sigismundi I et d. 8 Febr. coronata in castro Cracov. per Johannem archiep. gnesn.

1514 d. 27 Martii Stanislaus Tanczynski palatinus natus

1518 d. 24 Martii Christopherus Szydlowiecki palat. et capit. crac. et Erasmus Czolek episc. ploc. mortui.

" " d. 15 Aprilis Regina de Italia portata est Cracoviam cum maximo comitatu et apparatu.

1518 d. 29 Decembr. nobilis Slabosz adolescens militaris met tertius in violentia in Kazimiria circa 6tam horam captus et circa 7mam cum suis consociis decollatus.

1519 d. 19 Octobr. incepi ordinariam

1520 d. 9 Januarii electus sum in decanum ecclesiae S. Floriani

1520 d. 10 Martii d. Nicolaus Lanczkorunski mortuus Leopoli, propter edificationem argenteorum et aureorum montium in toto depauperatus.

1520 d. 11 Octobr. hospitale S. Floriani igne conflagratum cum duabus vetulis

1522 d. 2 Novembr. Civitas Bycz in toto conflagrata praeter ecclesiam, domum plebani, hospitale et praetorium.

1523 d. 13 April. d. Otha Pyleczki capit. sadocen. de equo lapsus ante Tharnow mortuus est subito.

1523 d. 5 Maji circa primam horam alias sole occidente Sigismundo rege stante circa fenestram sui palatii succensa est per maleficium quendam machinula quaedam absque sono et rotula in palatium per fenestram insiliit ~~ad~~ et vix regem non interfecit.

" " d. 29 Julii ante nonam horam explosio pulveris in officina sub castro crac. in qua contundebatur pulvis pro pixidibus - combusti circa 20 centenarii pulveris, 2 laboratores et domus accensa vi disiecta fuit.

Obiit Dr. Bernhardus

94

— 1523 d. 15/ Decembr. Inundatio Vistlae, quae cooperuit Ferale et est jam secunda.

1524 d. 31 Julii Turci Jaroslaw et Radymno conflagraverant, cum 40000 irruentes Podoliam

1525 d. 19 Febr. Mgr Adam de Brzeziny Collega minor promotus in bacalaur. Medic. per Drm Lucam Noskowski

1525 d. 25 Maji. Sigismundo I a papa datus est gladius et mitra margaritis intexta habens in eminitate aquilam factam ex gemmis

1526 d. 16 Januarii Joachim civis Crac. et pictor subito mortuus (Cemerman?)

1527 d. 27 Januarii triumphus factus per ducem Constantinum cum Thartaris (victoriae die) et d. 13 Febr. Tedeum cantatum

" " 17 Januarii frater prior in Arena ord. Carmelit. incepit legere sententias.

" " 23 Sept. ignis exivit post horam 5am Cracoviae

" " 23 Sept. hora noctis 2a regina Bona in Niepolomice abortum passa est post venationem cui erant jam menses quinque et ~~vel~~ vivus filius natus est et statim mortuus est — et 12 domus in Niepolomice cremati

1528 d. 17 Junii: Ignis exivit in Stradom.


— " " d. 1/8 Julii. maxima ~~Bez~~ inaudita Istulae inundatio quae magna damna in segetibus fecit, Kazimiriam defluebat, destruxit pontem, ecclesiam Corporis Christi, pavimentum ad S. Hedvigim et Bernadinos — octo dies mansit

1531 Asprorum turcorum 25000 faciunt 500 ducatos ungaricales.

/: Są kopism dopiski w: Almanach nova plurimis annis ventura inservientia per Joannem ~~[illegible]~~ Stoefflerinum et Jacobum Pflaumen. Petrus Liechtenstein impressit A. 1507 sub hemisphaerio Veneto. 4to (ab a. 1507 – 1531 z notatami meteorolog. histor. biograf.) XI. 6. 47.

Zapiski
Jana Brożka

1) R. IV. 14 – CXXXIV.1 – Math. 1426
2, 3) Rp. (R. IV. 9 i R. IV. 10)
↓ 3048, 3047



Notata Mgri Joannis Broscii.

(Tom I) Annorum priorum 30 Incipientium ab Anno Christi 1595 et desinentium in annum 1624 Ephemerides Brandeburgicae coelestium motuum et temporum ... in luminaribus calculo duplici Tychonico et Prutenico, in reliquis planetis prutenico seu Copernicaeo elaboratae a Davide Origano Glacense Germano mathematico in Acad. electorali Brandeburg. Professore publ. Accomodatae horizonti Francofurtano ad Viadrum. Typis expressit Joannes Eichorn 1609. Apud Davidem Reihardum bibliopolam Stetinensem. 4to R. IV. 17/14 nov. CCC CXXXIV. I. 15. — R. IV. 14 nov. CXXXIV. 1. Nr 1426 Mathes.

(Tom II) Ephemerides ab a. 1630–1643. R. IV. 9
Tom III Ephemerides ab. a. 1644–1654. Impressum Francofurti ad Viadrum sumtibus autoris per Joannem Eichorn 1609. R. IV. 10.
[304 podobno dziś między Mscrpt.

/: W dziele tym pretożonem papierem są nader ciekawe noty własnoręczne Jana Brosciusa od r. 1598 –

1605 d. 2 martii Georgius avunculus meus typographus qui manebat apud d. Andream Petricovium obiit.
" " d. 30 Mart. Primam lauream accepi.
1606 d. 14 Julii Principia Astronomicae praelegebam seu Sphaeram Joannis de Sacro Bosco.
1606 d. 1 Septembr. Cracoviam discessi et d. 29 Octobr. Vladislaviam veni ubi docebam in schola sub d. M. Joanne Zynga.

1605 d. 13 Julii Arithmeticam G. Purbachii praelegebam
1606 d. 20 Febr. Computum Ch. Clavii per digitorum articulos primus in Academia legi.

1607 d. 13 Julii Cracoviae redii.
" " d. 10 Augusti. Incepi docere in schola S. Joannis sub Stanislao Wysocki seniore et praeposito ejusdem ecclesiae.
1608 d. 20 Febr. Principia Geometriae acceperam praelegenda.
" " d. 15 Julii Arithmeticam Gemmae Frisii praelegebam publice.
" " d. 9 Octobr. Incepi d. Sborowski servire.
" " d. 21 Octobr. Pater meus mortuus est.
1609 d. 5 Januar. Curzelooviam veni et d. 2 Febr. redii Cracov.
1610 d. 22 Martii. Secundam lauream accepi.
" " d. 22 Aprilis. Theoricas Planetarum praelegebam.
" " d. 17 Octobr. Euclidis elementa praelegebam.
1611 d. 19 Martii. Minores ordines (accepi)
" " d. 12 Junii Smolenscum rex obtinuit et 28 Junii triumphus Cracoviae in ecclesia cathedrali.
" " d. 24 Augusti. Adrianus Romanus fuit Cracoviae (ex Zamoscia) et d. 31 Augusti discessit Herbipolim, tradidit mihi pulcherrimam methodum discendi mathemata et d. 28 Octobris rediit ex Herbipoli ad meum hospitium unde 29 Octobr. Zamoscium discessit.

1611 d. 24 Octobr. Sphaeram J. de Sacro Bosco praelegere incepi

" " d. 13 Decembr. Scholae OOSS (Senioratum accepi).
1612 d. 30 Junii. Dr. Stanislaus Jacobeius Curzeloviensis praeceptor meus mortuus paralysi tactus, sepultus in ecclesia S. Floriani d. 9 Julii. Fabianus (Birkowski) ord. praed. concionabatur.

1612 d. 3 Aprilis Arithmeticam Joannis de Muris praelegendam accepi

" " d. 11 Augusti Adrianus Romanus Zamoscio Cracoviam venit reversurus Herbipolim.
" " d. 13 Octobr. Almagestum legere incepi.
1613 d. 30 April. Gabriel Joanitius Dr. mortuus.
" " d. 28 Augusti Franciscanorum Coenobium clausum propter pestem et d. 5 Octobr. Bernardinorum coenobium clausum propter pestem – d. 10 Octobris discessi domum Curzelooviam et d. 5 Decembr. Cracoviam redii. – d. 12 Decembr. Aquilonii Opticam praelegebam.

1614 d. 31 Januar. Vocatus sum ad minus Collegium
" " d. 11 Martii Astrologiae professuram accepi.
" " d. 23 April. Ptolomaei Quadripartitum legi.
" " d. 11 Octobr. Receptus sum ad facultatem
" " d. 20 Octobris. Ptolomaei Centiloquium praelegebam
" " d. 30 Octobr. Annum trigesimum incepi.
1615 d. 13 Mart. Incepi Guidonium de Revolutionibus.
1619 Propter peregrinationem italicam 5 annos exem-
Curzelovienses ad magisterium promoti: Joannes Musenius 1554, Stanislaus Jacobeius 1566, Mathias Kwasniewicz 1604, Laurentius Jacobeius 1610, Joannes Brosius 1610 (et baccalaur. 1605), Paulus Hercius 1618.

> in Augusto aż do końca roku zapisywał codziennie doświadczenia meteorologiczne

Martinus de Sorawicze alias de Praemislia Collegiaturam in Astrologia erexit. Iste fuit doctor Rex in Medicinis, primam lauream acceperat 1444 – Professionem Astrologiae postea A. 1525 Mathias de Miechow auxit.

W Polsce: Wsi królewskich, Panów Koronnych i wszystkiej szlachty 45525, Arcybiskupich, biskupich, kanonickich 34,000, Plebanich, mniszych 6565 (Dębiński z regestrow ~~[illegible]~~ poborowych)

1630 Ephemerides ligare denuo curavi
X. Stanisław Grochowski pisarz skarbowy ur. 1573 d. 29 Sept. a x. Achacy Grochowski bisk. Łucki ur. 1579 d. 25 maji † 1632

In imagine Tabulae Copernici Thorunii: „Illustris princeps et Dominus, Dominus Albertus Poloniae Rex apoplexia hic Toruniae moritur A. D. 1501 die 17 Junii aetatis 41 cujus viscera hic sepulta Corpore Cracoviam translato. Regnavit annis 8

Postea imago Copernici sub qua ista carmina:
Non parem Paulo veniam requiro,
Gratiam Petri neque posco, sed quam
In Crucis ligno dederas latroni
sedulus oro.

d. 8 Aprilis. Comendonus Cardinalis. – Literae interceptae lecti lectae.

d. 9 Aprilis. Caesaris oratores

d. 10 Aprilis. – Samogitiae capitaneus. – Gallus orator.

d. 11 Aprilis. – Litterae missae. Czarnk(owski). – Sveciae regis legatio.

d. 12 Aprilis. – Wojewoda Sendomirski.

d. 13 April. – Brunsvicen. legatio; Electorum Imperii

d. 14 Aprilis. – Ordinum Bohemiae, Valachiae palatini legatio, Imperatoris Turcarum literae lectae.

d. 15 April. – Palatinus Kijoviensis. – Cracoviensis palatinatus tum et Sandomiriensis nobilitas, tractis in societatem Siradiensi, Brestensi et Inovladislaviensi nobilitate, unum in locum convenere simul et omnes ceteros solicitarunt ad nova ineunda electionis consilia, quae tamen a Senatu segregata esse volebant, sed infecta tandem re discessere.

d. 16 Aprilis. – Hoc idem sequuti consilium, at nihil omnino perfecere.

d. 17 Aprilis. – Constituta deputatio. – Palat. Ravens. – Zolnierze.

2 110

1573. Versaviae d. 18 Aprilis. – Samagitiae capitaneus cum Procensi castellano.

d. 19 Aprilis. – Caesaris oratores apud Crac.

d. 20 Aprilis. – Articuli reformationis.

d. 21 Aprilis. – Slucensis ducis postulatio.

d. 22 Aprilis. – Articuli quidam promulgati. Capit. Samogit.

d. 25 Aprilis. – Oratores Caesaris tum et Galliae regis ablegati hic… illi Lovicium. – Correctio legum urgebatur per quosdam.

d. 27 Aprilis. – Masoviorum, Plocensium postulata ut electio omnino inchoatur. His accessere Siradien. et Belzen. palatinatus et de plerisque palatinatibus complures. Res acta magna utrinque contentione, iis videlicet electionem, ceteris vero corrigendorum iurium ordinem tum et circumscribendi principis formam urgentibus. Stetit tandem electionis ut processus cum correctione iurium coniungatur.

d. 28. Vacua cursu ob eadem.

d. 29 Aprilis. – per deputatos confederationis correctio, per consiliarios Moscoviticae pacis, foederum, Sueciae regis atque stipendii exolvendi mentio illata.

d. 4 Maii. – Nominationis initium, sequentibus quoque diebus hoc idem actum; tandem Piastus, suscitantibus eum Maioribus Polonis tum et quibusdam aliis, prodiit redivivus: sed paucis hoc nomen urgentibus, res eo rediit, ut omnibus candidatis exclusis, Sueciae rex cum Gallo contenderet, tandem explosus dicta in eum sententia per Samagitiae capitaneum (Joan. Chodkiewicz ?) cessit Gallo: ita tamen ut non nisi de eligendo eo conveniret 9na mensis eius, nominatio autem dilata in 11mam.

d. 11 Maii. – Terror quidam pervaserat omnes recessionis, horum quibus nomen Galli invisum: percrebuit postea rumor, palatinum Cracov. Podoliae, Kijovien. ducem Slucensem rem ad arma deducere velle; fit atrox perturbatio, conclamatur ad arma, producta tormenta, eductus denique in aciem exercitus, quiescentibus iis, qui autores existimabantur: constat tamen, tentasse quaedam eos ob concordia universorum territos, vel amore reipublicae

exercitus arma posuisse. Substitere tamen in villa Grochow, nuntii utrinque missi et alia acta. Tandem non dum plane consentientibus nominatur Rex.

1573 d. 12. 13 Maii. – Separata consilia habita egre ferentibus Grochoviensibus necessitatem regis agnoscendi sibi imponi per ceteros, tandem concessere hoc nomine ut et ius iurandi forma et articulorum series approbetur.

d. 14 Maii. – Convenit de mutuis consiliis, sed in crastinum res dilata, frementibus multis, tantam trium perseverantiam ut ut quibusdam videbatur temeritatem, arrogantiamque.

d. 18 Maii. Warsewa.

Poselstwo Pongtowskiego do Francyi.

d. 19. Maii. – Iter in Galliam suscepi: comite d. Ciolek. ab ordinibus Regni edoctum de electione. – w drodze.

d. 20 Maii. Paprotna, Posnan.

d. 24 Maii. Francfort. – d. 25 Maii. Equi empti. Milrad, Liben.

d. 26 Maii. – Torga in Saxonia. – Lipsia.

d. 28 Maii. – In Turingia. Ekerberg.

d. 29 Maii. – In Hessia. Gota. Hirsfeld. Grimberk

d. 1 Junii. – Francfort. – In palatinatu Rheni.

d. 2 Junii. – Maguntia. Maguntini Elect.

d. 3 Junii. – Dispositis equis usus oppidum palatinatus Rheni praetergressus sum, ac demum diverti in postam omnium pessimam. Eadem die Germ. rediit cum equis quatuor Francofurtum: iidem periere.

d. 4 Junii. – Treveri ubi antiquitates aliquot non ignobiles.

d. 6 Junii. – Teonville propugnaculum munitissimum Hispaniarum regis, praesidio Hispanorum munitum.

d. 7 Junii. – w Mecu. – Praeses Metensis humanissime me excepit, deinde ipse Gubernator.

d. 8 Junii. – S. Disier. Basinus in aulam proficiscitur. Tullum.

d. 10 Junii. – Nomine Christianissimi Regis sum primum exceptus in oppido Sototeri: ubi ex itinere diverteram.

d. 12 Junii. – Meaux. – Reginae matris nomine salutarat me Mons.r d. Frose, qui et currum regium obtulit, ac inde

in Regiam in Monsio deduxit: atque ibi et Christianissimum Regem et ~~R~~Reginam utranque, Card. Lotaringum, Borbonium, Guisium salutavi, demum prebito commeatu Meldarum urbem, ubi senatus nomine sum exceptus remittor. (Meaux)

1573 d. 14 ~~Maii~~ Junii. – Parisiis horis aliquot fui.

d. 15 ~~Maii~~ Junii. – Aureliae (Orleans). Aurelianensis Senatus excepit.

d. 16 ~~Maii~~ Junii. – Blesae. – Petrus d. Neustat fui. (Blois)

d. 17 ~~Maii~~ Junii. – Turonibus urbe totius Galliae delicatiss. (Tours)

d. 18. ~~Maii~~ Junii. – Pons elegantissimus quem viderim. – Satel: rant. Bagnio. Corson.

d. 21 ~~Maii~~ Junii. – Obviam a Rege missi d. de milicia. – Comes Retensis d. Vilclerus a rege salutarunt atque deduxerunt in corona clariss. ducum, procerumque salutando.

d. 25 ~~Maii~~ Junii. – Joannes Lolinus classis regiae, quae auxilia Anglia arcebat a Rupellis (Rochelle) praefectus, apparatu splendido me excepit, per universam classim: vectus praetoria trireme circumduxit: displosis tormentis ac caeteris laetitiae argumentis, studium testatus.

d. 26 ~~Maii~~ Junii. – Antequam pacis Rupellanae conditiones per regem essent confirmatae, urbem obsessam ingressus sum, per munimenta circumductus, milites, arma, tormenta, portus ac reliqua per urbis praesides amicissime me excipientes sunt demonstrata: ac postea universae oppugnationis Regiae spectator fui, deducente Monlucio clarissimo viro.

d. 27 ~~Maii~~ Junii. – Niortum sum profectus.

d. 28 ~~Maii~~ Junii. – Donatus Mairodorus Scotus vir doctissimus nomine S. Maxentinorum me salutavit: praetervectus inde Lusignianum, diverti Pictavium (Poitiers) vetustissimam et amplissimam urbem, cuius et Academiae nomine salutatus fui.

d. 29 ~~Maii~~ Junii. – Locas oppidum arce percelebri Ludovici Sforciae vinculis durissimis notissimum, ubi carceres teterrimi claustrum ferreum eatat. – Lossis (Lusson?). [illegible]

d. 30 ~~Maii~~ Junii. – Blesis (? osis?) amoenissima urbe: aestivis regum atque regiae prolis tenerae educatione percelebri, in arce elegantissima

ac hortis delicatissimis a praefecti coniuge exceptus fui, inde progressus sum in villam: ultra Sambarum, omnium Galliae Reginarum ornatissimum domum, S. Lorens dictam: ubi opulentissimum illius universi itineris: parum abest quin totius Galliae commodissimum diversorium. — Etampes (Estampes?)

1573 d. 4 Iulii. Paris. Audientia apud Reginam matrem.

d. 5 Iulii. — Accersitus ad Lotaringum Cardinalem cum Guisio Card. Birago Cancellario: Limosino, Morvilierio, Foiseio Severino, summis consiliariis regiis in consilio multis de rebus disserui.

Reliquum mensis huius Lutetiae Parisiorum in domo Regia sumptuosissimo apparatu, ita ut in singulos dies centum aureorum sumptus fieret, exegi: curam rerum mearum tenente Carolo Strozio viro praestanti ac mihi amicissimo.

1573 d. 1 Augusti. — Paris. — S. Dionisii oppidum, reliquiis S. Dionisii et Regum quadraginta octo sepulcris, regiaque gasa, diadematibus celeberrimum adii, inde S. Mauri aulam matris reginae opera et sumptu extructam, ac postea arcem Vi sana progressus.

d. 9 Augusti. — Regiam Madrili: ad instar illius in qua captivum Franciscum regem Carolus imperator in Hispania tenuit; ab eodem Francisco in omnem eventum elegantissime constructam perlustravi.

d. 13 Augusti. — Obviam Oratoribus sum progressus. — Clai. Sototeri. Meaux. Paris.

d. 19 Augusti. — Oratorum Regni Lutetiam adventus ingenti hominum frequentia ac multis officiorum et laetitiae argumentis celebratus.

d. 1 Septembris. — Paris. — Conclusio omnium tractatuum cum Rege utroque.

d. 4 Septembris. — Alegria d. Miloa a Nantuleto fraude cesus.

d. 14 Septembris. — De more veteri Gallorum reges in omnes exteros reges Galliam adeuntes officiosissime in urbem Parisiorum magno splendore ac sumptu, intrantes excipiunt: non modo omnibus benevolentiae argumentis at ipsis etiam Regni gubernaculis humanissime delatis: ita ut quidquid regii muneris

sit, idonne in advenas reges transferatur: hoc idem exemplum Rex sequutus nostrum Regem excepit: magnos sumptus in eam rem elocante juventute Parisiensi ac solis urbis praesidibus et Senatu.

1573 d. 28 Septembris. – Rex profectus Lutetiis.

d. 29 Septembris. – Paris. Corbel. Moret.

d. 1 Octobris. – Moret. Fonteneblau.

d. 3 Octobris. – Oratorum querella cum rege.

d. 4. Octobris Melun. Paris. Meaux.

d. 10. ~~[illegible]~~ Octobris. – Per arcem vetustate collapsam cum d. Capitaneo Casimiriensi cum summo periculo, discursus: accisae siquidem veteri ruina scalae pensiles atque omnino infirmae sunt, quod quidem scalarum vitium nonnisi altera demum die deprehensum.

d. 11 Octobris. – Fertemilon. Vilecutre. Fertemilon. Vilecutre Fertemilon.

d. 17. Octobris Rege Gallorum et nostro tum Regina matre salutatis discessi. Paris.

d. 25 Octobris. – Mili. Montargis.

d. 28 Octobris. – Sanserre oppidum, quod ante menses tres obsidionem ita pertulit, ut mater filium pro obsonio haberet: religionis dissidio in eas calamitates Sanserranos precipitante: dediti tandem. – Amoenissimum ea die locum Cono oppido egressus perlustravi, Nevers, Molins urbes.

d. 29. Octobris. – Germini, Verene, S. Saforin. Lugdunum.

d. 1 Novembris. – Lugdunum. Gubernator Lugdunensis humanissime me excepit: urbem perlustravi deducentibus nobilibus viris: arcis quoque, quae inter Ararim et Rhodanum sita, magno urbi praesidio est; praefatus eadem me humanitate excepit.

d. 3. Novembris. Tor de Pin. Gebennam montem asperrimum transii in Samberi (Chamberi) oppidum quod Sabaudiae caput est.

d. 5 Novembris. – Pontemilianum castellum munitissimum praetergressus, locum precipitem ac periculosum transii: asperrima loca decidentibus ob ingentem pluviam saxis, periculosa.

1573 d. 6 Novembris. – Montem Cinisium (Cenis?), immensa altitudine, qui Italiam, Sabaudiam ac forte Helvetios respicit cum periculo superavi; atque una die hiemem ac aestatem experior

d. 7 Novembris. – Per Padum praeter Cinascum, Crescentinum, Casale ac alias urbes navi vectus. [illegible]

d. 9 Novembris. – Paviam praetergressus, perlustrato loco clade Gallorum tum vero Francisco rege capto memorabili Mediolanum veni.

d. 17 Novembris. Mediolanum. Casano.

d. 19. Novembris. Brixiae gubernator mittit me salutatum atque invitatum. Brixia.

d. 20. Novembris. – Amoenissimus locus atque munitissimus Piscaria (Peschiera?) ad lacum de Garda sita.

d. 21 Novembris. – Veronae urbem, antiquitates, locū situm perlustravi.

d. 22 Novembris. – Padua

d. 23 Novembris. – Venetia.

d. 30 Novembris. – Senatus mihi datus. (może Kasztelania brzeskokujawska?)

d. 3 Decembris. – Venetorum Principis ac Senatus nomine delatum per viros quosdam munus, aurea 300 aureorum catena atque obsonia.

d. 7 Decembris. – Apud Cardinalem Commendonum cum Venetis Principibus fui. Cum Ferrerio magno viro Christianissimi [illegible] Regis oratore toto eo tempore jucundissima conversatio mea.

d. 8 Decemb. Venetia. Tervis. Sacilo. S. Daniel.

d. 12. Decemb. Viniona. Ingens pluvia ad inundationem usque.

d. 13 Decembris. – Camporoso. Vilak. S. Vit. Naimerk. Knittfeld. Pruk.

d. 19 Decembris. – Carolus Austriae archidux obvius in oppido Mercuslag. Fischau

d. 22 Decembris. – Cum nuntio Vilcopio Viennae constituimus, ut me non tenuisse iter ad Turcarum Imperatorem, in gratiam Caesaris retulerit, idque Regis nostri mandato.

1573 d. 24 Decembris. – Vector vel nauclerus qui soluto ponte per Danubianum ostium transtulit me, iniquissime mecum egit.
d. 25 Decembris. – Miselbach. [illegible] Dernholz. Modricz.
d. 28 Decembris. – Curru sum vectus locato. Viskow. Olmunc. Lekartowice. – Kozlie.
1574 d. 1 Januarii. – Olesno.
d. 2 Januarii. – Krzepice. Cum d. Martino Lesniowolski convenit, ut simul Regi obviam progrediamur.
d. 3 Januarii. – d. Malcher Pudlowski rediit. Wielun.
d. 5 Januarii. Z p. Konarskim, z p. Sędzim i p. Gajo(wskim). Inde literas domum dedi perferendas. Grabow. Kalisz. Radlin.
d. 8 Januarii. Lubien. Z p. Starostą Crisburskim
d. 9 Januarii. – Wloszakowice. U p. Marsalka.
d. 10 Januarii. – Przemęt.
d. 12 Januarii. – Kopanica. List do żony. Paradis. Naindorf. Francfort. Milrad.
d. 17 Januarii. – Regem prevenimus in Liben, ubi mille quingenti equites Imperatoris nomine, duce Olesnizensi obvio, Regem humanissime exceperunt. Bessik.
d. 19 Januarii. – Francfort. – Elector Brandeburgicus lectissimos equites sexcentos Regi obviam misit.
d. 20 Januarii. – Francfort. Venetorum literas obtuli Regi.
d. 22 Januarii ~~Grochólna~~. Sulencin. – Casus periculosissimus ita contigit, ut quadrigam equi, excusso auriga, rapuerint atque per loca praecipitia circumlato curru in densissimam silvam avolarint: demum inter arbores eo eventu haesit currus, ut nec ego, qui in curru extiti, nec equi, nec aliud quicquam lederetur.
d. 24 Januarii. – Miedzirzecz. In Poloniam Rex ingressus.
d. 26. Januarii. – Lwowko. Buk. Posnan.
d. 1 Februarii. – Srzoda.
d. 2 Februarii. – Golina. Cum d. Capitaneo Majoris Poloniae ac inde cum episcopo Cuiaviensi simul fui: hinc per dispositos equos iniquissimo itinere profectus.
d. 3 Februarii. – Kolo. Coniunx cum filio venit obviam.

1574 d. 4 Februarii. – Kolo. Pani Hinek. Krzesiński. – Cekow.
d. 6 Februarii. – Kalisz. – Somberg 4 aur. millia, 3 rex. – Kopiecki od p. Jana.
d. 7 Februarii. – Causas itineris mutati in Turciam regi protulit. Grabow. Wierusow.
d. 8 Februarii. – Cum d. Miron multa contulimus. – Krzepice. Często-chowka.
d. 11 Februarii. – Conuiva: p. Hinkowa. Wlodowice.
d. 14 Februarii. – Kraków.
d. 18 Februarii. – Rex Cracoviam intrat.
d. 19 Februarii. – Tractatus de coronatione et dissensionis quiddam.
d. 20 Februarii: – Ordini nobilium egit gratias de electione.
d. 21 Februarii: – Coronatio Regis.
d. 22 Februarii: – Jusiurandum Cracoviae.
d. 24 Februarii. – Propositum: hasta defixa solo in arcis medio: certamen: a d. Samuele Zborowski quia lege affixerat, ut quisquis congredi auderet sublata hasta, se paratum fore profiteretur. Hastam loco movit Ungarus domini Castellani Voinicensis (Joannis) de Tenczyn familiaris: quod quidem et simultatis inter eos atque atrocis demum in Arce tumultus causam praebuit, ita ut vir magni nominis Castellanus Premisliensis (Andreas Wapowski) in illa contentione vulneratus obierit.
d. 25 Februarii. – Transilvanus causam luculenter egit. Sgnis. Mnisek.
d. 27 Februarii. – Promissum Regis.
d. 28 Februarii. – Rex apud palatinum Cracov. (Joannem Firley).
d. 2 Martii. – Causa Comitis a Tenczyn cum Zborowski.
d. 7 Martii: – Cum Cancellario. – Moritur Castellanus Premisliensis.
d. 15 Martii. – Decretum in causa cedis Castellani Praemisliensis latum, quod homines plurimos offenderat, in gratiam siquidem Zboroviorum latum esse videbatur: certum est multorum animos ea re perturbatos fuisse.
d. 19 Martii. – Prussiae Consiliarii cum protestatione jurarunt Regi.

1574 d. 25 Martii. – Joannes Pileczki clarissima domo cum esset natus, ac ita in aulis et Caroli quinti et Regis nostri versatus, ut summum hominum favorem morum integritate, sinceritate rarissima, meruis=set, moritur magno cum moerore amicorum.

d. 2 Aprilis. – Funus elatum Castellani Premislien.

d. 4 Aprilis. – Filius Castellani Premislien. moritur. – Masovii nuntii cum protestationem quandam multos offendentem sedaturos Regi profiterentur atque corriperentur hoc nomine secessionem in sacrum montem fecerunt.

d. 6 Aprilis. – Funus elatum filii Castellani Premisliensis. Vicecancel=lariatus officium Petro Volscio datum.

d. 9 Aprilis. – Finis amicitiae initium libertatis.

d. 21 Aprilis. – Syn p. Wojewody podolsk. (Mikoł. Mieleckiego?) smierć, tum et fort. pater.

d. 22 Aprilis. – Sejmu dokończenie.

d. 23 Aprilis. – Grodzie: zebrd. z załogą.

d. 24 Aprilis. – Consilium de legationibus.

d. 25 Aprilis. – Moritur Cracoviae Joannes Firleius, Palat. et Capitan Cracov. Regni Marsalcus, magnae vir prudentiae, amplissimos honores magna cum laude gessit; viventem saepius aggressa invidia, hanc tamen contempsit, maximus suae aetatis vir, parens senatus dictus; luxere eum omnes, Palatini Podoliae iam defunc=ti unicus amicus.

d. 26 Aprilis. – Venit cum literis Dzięciołowski.

d. 28 Aprilis. – Rex Vieliczkam clam abiit. – P. Starosta Krze=picki z Włoch przyjachał.

d. 29 Aprilis. – Oratores rogati ad deducendum funus. – Dzię=ciołowski abiit.

d. 30 Aprilis. Panu Czerskiemu swatem.

d. 1 Maii. – Miecznikostwo dano p. starości Krzepickiemu. – Busko. Lubnice. Kraków.

d. 21 Maii. – Krol do Niepołomic jachał.

d. 27 Maii. – Lubnice. Kraków.

d. 29 Maii. – Margrabia z Anspachu do Krakowa. Król z Nie=połomic.

d. 31 Maii. – Anspach u króla.

d. 1 Junii. – Kraków. W ogrodzie gonitwa.

d. 6 Junii. – Comuna venit.

d. 7 Junii. – Anspach jachał.

1574 d. 8 Junii. – W. Sandom. p. Gdansk. dano (Janowi Kostce ?). – Z p. Wojew. Send. do Proszowic
d. 9 Junii. – Conunia z Krakowa.
d. 10 Junii. – Nowemiasto. U p. W. podolsk. – Lubnice.
d. 14 Junii. – Kraków. Nowina o smierci Krola francuskiego.
d. 18 Junii. – Krol uciekł.
d. 19 Junii. – Z W. krakows.
d. 21 Junii. – Z marsałkiem.
d. 23 Junii. – Conunia venit.
d. 26 Junii. – Conunia ivit. – P. W. Sendom. z p. W. podolsk. do Krakowa.
d. 29 Junii. – W. Krak. z podol. – Dánseus.
d. 9 Julii. – Lubnice. – p. Trocki, p. podsk. pan S. rabstynis.
d. 12 Julii. – Sejmik w Opatowie.
d. 13 Julii. – Lwowski z Węglinskim dali sobie pobiedkę. Opatów. Trzciana. Mielcz. Lubnice.
d. 16 Julii. – Krakowski sejmik.
d. 23 Julii. – Sejmik lubelski.
d. 22 Julii. – Sejmiki w Sieradzu, we Lwowie.
d. 26 Julii. – Sejmik środzki. – Podolany. Rogow. Lubnice. Tursk. Lubnice. Słupia. Szydłowiec. Nowemiasto. Orziszow.
d. 5 Augusti. – Smierć p. czerskiego w Warszawie. Warszawa.
d. 8 Augusti. – Surogat. P. miecznika na sejmiku warsz. Orzisow. Umienie.
d. 10 Augusti. W Kolie sejmik i nazajutrz. Ponetow. Unieznie. Kurowice. Rawa. Warszawa.
d. 15 Augusti. W zamek p. miecz. possesią wziąt. Jedlna
d. 17 Augusti. Okazowanie Sandomirsk. i Lubel. Wojew. Solec. Wola. Solec. Zwolen. Sobikow. Warszawa.
d. 18 Augusti. – Act Zborowskiego Andrz. z Sandomierzany.
d. 22 Augusti. – Sejmik mazowiecki. Warszawa.
d. 21 Septembris. – Łowicz. Conunia i z p. W. Orzisow. Rawa. Skrzinno. Wąchock. Rakow. Lubnice.
d. 1 Octobris. – Krakow.
d. 11 Octobris. – Initium tumultus Cracoviensis, plebis, nullo penitus autore excitatae in locum conventionibus Evangelicorum dicatum, qui tandem erupit, ut et domus ipsa ante expilata prope everteretur,

et periculum ingens vitae adierint Verbi ministri, atque universa civitas tumultuaret. Krakow. Podolani. Lubnice.

1574 d. 28 Octobris. – U p. Casp. Maciejowskiego; die eadem p. Lesniowolski do Franciey wyjachał.

d. 1 Novembris. – Mielec. Jarosław. Wisznia. Starzice (u p. W. podolskiego). Lwow (u p. star. lwowsk.). Kniehnice. Kakolniki. Halicz. Podhaice.

d. 16 Novembris. – Zofia filia nascitur hora 11 noctis praecedentis

d. 19 Novembris. – Podhaice. Chroscienko (z p. Buczackim, z p. Pretfficzem). Liaski. Ruda. Jarosław. Swincza.

d. 2 Decembris. – Lubnice. Bienczice. Krakow. Prosewice. Wólica. Lubnice. Sendomierz. Osiek. Lubnice. Podolany. Krakow.

1575 d. 3 Februarii. Krakow. Lubnice. Lancut. Swidnica. Lwow. Grodek. Zukow. Lubnice. Wólica. Krakow. Lubocza. Lubnice. Otaliasz. Lancut.

d. 1 Martii. – Swidnica. Lwow. Grodek. Lwow. Grodek. Swidnica. Zukow. Lubnice. Podolany. Krakow. Nowawieś. Fristat. Ponętowskiego missia w Czechach

d. 1 Aprilis. – Hranice. Trebowa. Pardubice. Brod. Praga.

d. 5 Aprilis. – Praga. Exceptus sum iussu Imperatoris in domo d. de Pernstin liberalissime habitus.

d. 6 Aprilis. – Cum Imperatore colloquium de regni rationibus et candidatorum tum et de ceteris gravissimis deliberationibus. Maxymilian II.

d. 7 Aprilis. – Cum d. de Pernstin multi sermones.

d. 8 Aprilis. – Aliud cum Imperatore colloquium.

d. 9 Aprilis. – Praga. Brod. Pardubice. Trebow. Olmunc. Hranice. Pielgrzimowice. Nowawieś. Krakow.

d. 17 Aprilis. – Krakow. Lawi. Lubnice. Sędziszow. Jarosław. Jaworow. Grodek. Swidnica. Lancut. Lubnice. Krakow.

d. 26 Aprilis. – Conveniunt simul palatin. Sandomir. cum Podolien. (partyzanci rakuscy?)

d. 1 Maii. – Lubnice

d. 6 Maii. – p. st. Cas. p. Dudici. – Lubnice. Klimuntow. Sarlow. Kazimierz (u p. star. sendomir.). Stężica.

d. 14 Maii. – d. Res. Gallus oblatis Pibrachii ex itinere datis literis oratione tremebunda ab Ordinibus postulavit, ut eo

dum advolarent regii oratores, consilia regis eligendi differ-
rent, pollicitus capitis et fortunarum iactura ante diem 10 hos
affore, quod quidem non concessum ipsa expressit necessi-
tas, nec tamen affuere oratores.

1575 d. 16 Maii. – Omnium consensu regnum non quidem per for-
mulam [hac siquidem iam prolata, suspicante nescio quid
nobilitate, non coivit inter ordines de ea suscipienda inter
ordines] at per processum, cui nemo contradixit palam, abro-
gat.

d. 21 Maii. – Aulici praeeuntibus Secignevio et Voiniensi Cas-
tellano obligatae ut tum ferebant fidei memores, consilium
ab ordinibus postulant, quid hisce faciundum censeant, ut
rite ministerio sese abdicare ac fidem datam tueri possent:
quod ipsum et postea repetitum ab iis.

Inter Secignevium et Opalinski.

d. 6 Junii. – Votae exasperatae. Secessio per nobilitatis magnam partem facta a
senatu et reliqua nobilitate, a quibusdam non quemadmodum
desiderarent aliquot secedentium capita res in electione
procederent atque Austriacorum metum praetexerent
secessere in pratum quoddam ad Ruinam castri veteris:
quos Cracovien. Lublinen. Belzen. palatini ac Castel. Ma-
zovien. logost. universo senatu relicto sunt comitati: atque ea
et sequenti diebus hinc inde commearunt nuntii: sed tan-
dem infectis omnino rebus discessum est male ominenti-
bus omnibus prope viris probis. Stężyca.

d. 7 Junii. – Stężica. Potok. Lubnice. Krakow. Opatowiec.
Lubnice. Sedziszow.

d. 1 Julii. – Markowa. Jaroslaw. Liaski. Jaworow. Trebow-
lisko. Lubnice. Wieliczka. Lubnice. Krakow. Balice. Krakow.
Stanislaw.

d. 1 Augusti. – Cracov. Balice. Krakow. Lubnice. Birkow. Kra-
kow

d. 16 Augusti. – Cracow. – Literae ad C^o.

d. 17 Augusti. – Krakow. Besca. Lubnice. Sedziszow. Gorlicz-
na. Jaworow. Liaski. Podaice. Kalne. Podaice. Uscie. Podaice.

d. 31 Augusti. – Podaice. Consilium de Tartaris.

1575 d. 1 Septembris. Podaice. Trembowla. Krasne. Satanow
d. 11 Septembris. – Tartarorum incursio prima; adquorum impetum reprimendum Palatinus Podoliae literis Capit. Ærien. Sieniawski evocatus, coacta magna celeritate nobilitate ita properavit, ut nisi socordia vel potius inscitia quorundam impediretur et quae consequuta sunt inde mala facile arcuisse et clade non vulgari inopinatos affecisse haud dubie potuisset.
d. 10 Septembris. – Oboz u Krzemiennej, dnia 13 u Olecinicz, dnia 15 u Volku, dnia 16 za Ploskirowem, dnia 17 za Miedzibozem, dnia 18 za Sieniawą. Ponętowski na wyprawie przeciw Tatarom.
d. 19 Septembris. – Miedzibosz. Grodek. Podaice. Liaski. Miekiss. Rzeszow. Lubnice.
d. 1 Octobris. – Lubnice. Besca. Krakow.
d. 2 Octobris. – Tartarorum in Russiam insperata incursio, qua omnis ille tractus, qui ultra Halicium cis Tyram, Leopolim, Belsum, ad Podoliam vergit, ingenti clade evastatus est, multa mortalium millia in servitutem abducta, igni ferroque ac omni saevitiae usque adeo afflicta provincia illa, ut a nulla unquam hominum memoria tantum damni illatum esse constet.
d. 6 Octobris. – Krakow. Podoleni. Lubnice. Swincza. Liaski. Lwow.
d. 16 Octobris. – Nivis s. – Lwow. Chrosno. Podaice. Usrie.
d. 22 Octobris. – Podaice. – Pogrzeb p. Sed. hal. – Zabieg.
d. 23 Octobris. – Podaice. Lwow. Zaworow. Jaroslaw. Sedziszow. Lubnice. (Podhajce Wolskiego miecznika kor.
d. 1 Novembris. – Lubnice. Opatow. Ilza. Radom. Warka. Piaseczno. Warsewa.
d. 18 Novembris. – Initium suffragiorum per Senatores.
d. 22 Novembris. – Suffragia nobilitatis.
d. 9 Decembris. – Declaratio Piastorum utriusque.
d. 10 Decembris. – Arma.
d. 12 Decembris. – Nominatio in secessione per Archiepiscopum.
d. 21 Decembris. – Batori. – W. Sendomirskiego podanie o zgodę ac interpretatio non factae nominationis dicitae na Krolewnę.
d. 19 Decembris. – Warsewa. Warka. Odachow. Opatow. Lubnice (święta). Lawy. Krakow.
1576 (brak zupełny zapisków, które wyjęte).

1577 d. 1 Aprilis. Olomucium. – d. 3. List bisk. o. d. – d. 6. cum epis; copo. – d. 8. Listy do Lub(nic) – d. 10 et 11. Comissio.

d. 12. Olomuniec. Litomisl. Bohdanoz. Brod. Praga.

Rudolf II cesarz

d. 17 Aprilis. – Praga. Z p. z Perstina u Cesarza. – d. 21. u Ks. Ostrow. – d. 22 tiż. – d. 24 Causa expedita. – d. 26 Cesarz wyjechał.

d. 26 Aprilis. – Praga. Brod. Urzeczice. Sienica. Olomucium.

d. 1 Maii. – Olomunc. Piotrach jachał do Dembr.

d. 2 Maii. – Kojeczin. Chropin. U K. Biskupa de causa.

d. 5 Maii. – Olomuniec. K. prob. bernenski; do opata Wład.

d. 11 Maii. – Comissio et concordia cum fratribus w Klasztorze.

d. 13 Maii. – Olomucium. – Dworce. K. prob. Sternb. – Osobloga. Grotkow

d. 17 Maii. – Wrocław. Podkatem Halen. administr. cum ducissa Luneb. – U legata. – Stanislow, Dembrowa. Rudniki.

d. 22 Maii. – Krzepice. Z p. Miecznikiem, z p. Lesniowolskim. Arenda Krzepic. – Długawilkow.

d. 27 Maii. – Wrocław. Caesaris Rudolphi ingressus. Z p. Dudicem.

d. 29. Wrocław. Brzeg.

d. 1 Junii. Wrocław. cum auditore. – ~~Olawa~~ Oława. Brzeg.

d. 3 Junii. Olisbork. Woły szli do Bukstatu. – Dembrowa. – Chorun

d. 6 Junii. – Kraków – d. 12. Nowemiasto. – Lubnice.

Pongtowskiego żona umiera.

d. 14 Junii. – Kraków. Ultimum valedixi dulcissimae conjugi.

d. 16 Junii. – Infaustissima dies.

d. 20 Junii. – Kraków. Funus.

d. 21 Junii. – Zator. Fristat. Hranice. Olmonc.

d. 26 Junii. – Olomonc. Imperatoris adventus. p. Dudicii.

d. 1 Julii. – Olomonc.

d. 8 Julii. – Confirmatio data.

d. 9 Julii. – d. Abbates fuerunt a Caes. Maj. delegati.

Pongtowski zostaje Opatem Grodeckim nad Odrą.

d. 14 Julii. – Habitu przyjęcie.

d. 15 Julii. – Intromissio in Abb. per succ.

1577 d. 18 Julii. – Olomuncium. Prosuciów.
d. 20 Julii. – Olomuncium. Paskow. Porzina. Balice
d. 24 Julii. – Krakow.
d. 29 Julii. – Krakow. Nowemiasto. Lubnice.
d. 1 Augusti. Krakow.
d. 8 Augusti. – Krakow. Oswiecim. Fristat.
d. 11 Augusti. – Paskow. p. Sedniki.
d. 12 Augusti. – Lipnik. Olomunc. Sebetow. Berno
d. 19 Augusti. – Sebetow.
d. 23 Augusti. – Olomuncz.
d. 26 Augusti. – z Pragi
d. 31 Augusti. – Sebetow.

(Dalszych zapisek niema – wycięte. – Tylko roku 1582 są wykreslonych 10 dni w miesiącu Pazdzierniku d. 5–14 Octobris, w skutek zaprowadzonej Korrektury Kalendarza.)

[: W książce drukowanej: Ephemerides Josephi Moletii mathematici ab anno 1564 ad annum 1584. Venetiis, apud Franciscum Franciscium Senensem 1564. 4to – pod r. 1576 dopis: Ponethowsky. :]

Jan Ponethowski herbu Bróg r. 1577 po śmierci żony, został d. 15 Lipca 1577 opatem klasztoru ~~Benedyktynów~~ norbertanów w Gradec na Morawie pod Ołomuńcem (Gradicium – Kloster Hradisch – Opactwo ~~[illegible]~~ Norbertanów) – był oraz Protonotariuszem Apostolskim, żył jeszcze 1586; bibliotekę swą i bogaty zbiór rycin legował Akademii Krak. – R. 1587 popadłszy w niełaskę u dworu austryackiego, iż po śmierci Batorego nie dość żywo popierał kandydaturę arcyksiążąt Maksymiliana na tron polski – narobiwszy przytem wiele długów na dobrach swego opactwa, został r. 1587 przez cesarza Rudolfa II z opactwa z sadzony, na którego miejsce cesarz mianował opatem Piotra Grinwald niemca. – Paprocki mówiąc o jego rozrzutności, powiada sarkastycznie iż w Brogu swym (to był herbu Bróg) tak wielką dziurę uczynił, iż takowej ani dziesięciu opatów nie zatata.

Zapiski

Mikołaja Procopiadesa z Szadka

1556 – 1564


i

Marcina Glicińsa z Pilzna

1565 – 1591.

Lewicki 1556 – 1606 (K. I. 38)

V



Ephemeridum novum atque insigne opus ab A. D. 1556 usque in 1606 accuratissime supputatum... autore Cypriano Leovitio a Leonicia Bohemo Hradecensi. Excudebat Augustae Vindelicorum Philippus Ulhardus 1557 mense Martio. fol. R.I.38.

: Z drukowanym dopisem: Hic liber... donatus Universitati Cracov. per Joannem haeredem in Lutomirsko castellanum Ravensem, S.R.M. Curiae Thesaurarium Capit. Lancic., Radomien., Tenutarium Vartensem, Burgrabium Cracov. Cracoviae d. 7 Junii 1562 — Z licznemi po bokach notatami Martini Glicii Pilonensis od r. 1556

Notata Nicolai Procopiadis a Szadek. S. Theol. Prof. Canon. cathedr. Crac. Decani S. Floriani, nat. 1489 + 15 Decembris 1564 — item Martini Glicii Pilsnensis, Doct. Theol. Canon. Cracov. Vratislav. nat. 1528 + 23 Augusti 1591 — cum accessionibus Joannis Muscenii Kurzeloviensis Dr. Theol. Canonici Cracov. +1602.

A. 1556 d. 28 Januarii. — Sophia reginula filia Sigismundi I desponsata Duci Brunosvicensi Varsoviae, et in Martio deducta ad virum.

d. 1 Februarii. — Bona regina Poloniae, Polonos habens exosos et mores, praemissis magnis thesauris Venetiam et Neapolim, relicta Varsovia in qua habitabat, 1ma mensis Februarii venit in Italiam, brevi translata in coelum. In eodem itinere dedit mutuo Philippo regi Hispaniarum 510000; quorum reverendissimus Adamus Konarski episcopus Posnaniensis, legatus Sigismundi Augusti regis retulit 2500 Varsoviam ad Comitia Regni, opportuna contra Moscos tunc vires maximas intendentes contra Polonos.

d. 5 Martii. — Cometes post occasum solis in oriente apparuit, sed disparuit.

— Aprilis. — In Sochaczow oppido mulier quaedam Christiana vendidit sacram eucharistiam Judaeo gr. 30, qui cum aliis Judaeis facti consciis sacramentum acu pungebant et sanguinem effluentem in vitrum collegerunt. Tandem detecto facinore, mulier et tres Judaei combusti sunt.

d. 1 Maii. — Gabriel Eutropius venit primum Cracoviae.

d. 2 Maii — A 20a hora erumpente igne a domo super Rudawka exusta est tota Stradomia et Casimiria cum templis Hedvigis, Catharinae, Jacobi et in 4 horis omnia absumpta. Tunc 7 monachi in sacristia sunt suffocati.

d. 10 Junii. — Vieliczka in meridie succensa arsit tota

d. 23 Junii. — Judaeorum 7 domus hora 6ta arserunt Casimiriae.

d. 7 Augusti. — Fulmen incendit tectum S. Francisci in occasu solis.

1556 d. 10 Augusti. – Doctor Bartholomeus Sabinus phtisi obiit, regius phisicus, aetatis 50.

d. 20 Augusti. – D. Stanislaus Borek decanus Cracov. obiit, qui scholaribus emit 300 flor. censum pro 7000 flor., aetatis suae 78.

d. 24 Augusti. – Tempestas violenta Petricoviae evertit tecta et curias multas, ita quod opinio multorum erat diaboli plagam.

d. 23 Novembris. – Gelua firma ceperant et continuant.

d. 9 Decembris. – Czurilowa (Anna) decepit Bernardum Florentinum (Soderini ?) mercatorem ditissimum (inclusa in scrinio, in lapidea Mincza)....

1557. Hiems anni huius a die tamen Clementis praeteriti anni (idest d. 23 Novembris 1556) durissime et fere continue gelida ad diem Benedicti (idest d. 21 Martii 1557) continuavit Cracoviae; tandem resolutio et pluvia accessit.

d. 10 Januarii. – Incensa est domus brasearia monasterii S. Trinitatis Cracoviae hora 7.

d. 10 Maii. – Valentinus Heytman praetorii in domo transfossus obiit. – /: An Valentinus Arnoldus Philomathes, qui erat praetorii Cracoviensis praefectus ? praestans astrologus cuius scripta postea ad manus Joannis Mustenii per pauperem quendam delata sunt ? – Nota Joannis Mustenii :/

d. 21 Maii. – Michael Bogacz decrepitus Consul obiit.

d. 16 Junii. – Martinus Pilsnensis in Senioratum Bursae Pauperum introductus.

d. 25 Junii. – Johannes Dro(ho)jewski episcopus Cuiaviensis mortuus; cui successit Jacobus Uchański sed non acceptus a Romana Sede propter accessionem in haeresi, donec purgavit se a. 1561. /: Immo violenter occupavit Episcopatum cum protestatione ministeriali et nobilibus facta. – Nota addita. :/

d. 12 Julii. – Sepultus Dro(ho)jewski.

d. 19 Septembris. – Concordia facta inter Regem nostrum et Livonienses.

d. 1 Novembr. – Martinus (Glicius) Pilsnensis – revolutio 29 annorum.

d. 11 Novembris. – D. Mathias Lanatki Juris peritus, Canonicus Cracov. obiit subito.

d. 20 Novembris. – Regina nostra Bona in Baro patria sua, anno aetatis suae 63 obiit. Nata fuit 1494 prima die Februarii.

1558 d. 2 Januarii. – Exusta domus ad S. Nicolaum. 2
d. 4 Januarii. – Arsit in platea Sutorum.
d. 25 Februarii. – Arsit in platea lata.
d. 26 Martii. – Doct. Johannes Cazimirita provincialis Carmelitarum obiit 58 annorum aetatis. 122
d. 29 Aprilis. – Doct. Theol. Valentinus Rawa Canonicus S. Floriani obiit subita morte, 65 an.
d. 12 Junii. – Vincentius Baranowski abbas Tinecensis mortuus est, cui succesit Johannes Lowczowski.
d. 11 Augusti. – Anna Czurilowa decolata in Clepardiensi praetorio ad instantiam Bernardi Itali, ob fraudem furti commissam.
d. 25 Augusti. – Catherina regina venit Cracoviam ex Lithuania.
d. 6 Octobris. – Stanislaus Szczygniowski e medio sublatus est.
d. 12 Octobris. – Nuntius apostolicus Camillus Mantuanus episcopus Selarianensis Cracoviam venit.
d. 5 Novembris. – Sigismundus Augustus Rex ex Varsovia venit Cracoviam.
d. 14 Novembris. – Przibislawski occidit Judaeum millium ipsi mensurando.
d. 18 Decembris. – M. Nicolaus Budziski Collega maior obiit.
1559 d. 8 Januarii. – M. Albertus Nowopoliensis diligentissimus lector et scriptor adversus haereses obiit.
d. 18 Januarii. – Nicolaus Dzirgowski archiepiscopus Gnesnensis obiit, cui succesit Johannes Przerempski.
d. 21 Februarii. – Martinus Pilznensis vocatus ex Collegio minori in maius.
d. 10 Martii. – Exustae 21 domus in platea dicta Żidowska, nocte.
d. 23 Aprilis. – D. Martinus Pilznensis in Praepositum Maioris Collegii institutus.
d. 15 Junii. – A medio huius hic et inde coepit contagio apparere.
d. 1 Julii. – Pestis serpit et continuat.
d. 18 Julii. – Doctor Med. Nicolaus a Wieliczka hora 7 noctis obiit, 42 annis praxim exercuit, Anno aetatis suae 69 1/2.
d. 6 Augusti. – Henricus rex Galliae in hastili ludo a Lorzzij Flamingo casu in oculo transfossus non proficientibus medicis obiit die 9 huius mensis.
d. 18 Augusti. – Paulus IV Papa obiit Romae
d. 27 Augusti. – Andreas Spot Abbas Mogilae et Canonicus Cracov. apoplexia obiit. 52

1559 d. – Augusti. – Johannes Dziaduski vigilantissimus episcopus Premisliensis obiit, cui successit Philippus Padniewski.
" " Legatus Papae Camillus Mantuanus episcopus Veronen. obiit, sepultus in monasterio S. Francisci in sacello Italorum.
d. 1 Septembris. – Continuat pestis etsi lente.
d. 3 Novembris. – Johannes Drevicius Canonicus Cracov. Scholasticus Lanicien. Bononiae obiit.
d. 7 Novembris. – Albertus Crayna Medicus et Consul Cracov. quintam uxorem morte reliquit, die 7 huius; anno aetatis suae 74.
d. 13 Novembris. – Joh. Glywicz obiit.
d. 28 Novembris. – Benedictus a Cosmin theologus facundus orator et acceptus concionator, archidiaconus Sandomirien. Canonicus S. Floriani et vicecancellarius Studii, hora 19 emisit spiritum; in templo S. Trinitatis sepultus ex opposito Alberti Campiani: ambo praeclari viri in dicendo et scribendo intra 9 menses se secuti.
d. 7 Decembris. – Johannes Barczik unius praebendae in Russiecz possessor, attamen 140 flor. census emptor, obiit anno aetatis suae 72.
d. 26 Decembris. – Pius IV Papa electus, qui nunc coegit Concilium generale in Tridento.
Hoc Anno pestis fuit Cracoviae, Sandomiriae, Sandeciae, Visliciae, in Polaniecz et Piotrkow.
1560 d. 8 Januarii. – Hora 20 in Pinczow asylo haereticorum Johannes Laski olim clarus ecclesiarum praelatus, tandem mente captus, haereticorum pater et Polonorum fere Papa, uxorem cum liberis in hoc mundo reliquit, evocatus ad Judicium Dei.
d. 25 Januarii. – Felix Ligęza archiepiscopus Leopoliensis obiit, cui successit Paulus Tarlo decanus ~~Premisl.~~ et Canonicus Cracov.
d. 11 Februarii. – Johannes Visoczki etsi non religione constrictus, attamen Abbas Landensis, ad Episcopatus anhelans, Romae legationem agens, alieno aere contracto obiit in aetate iuvenili.
d. 23 Februarii. – 4 domus exustae in platea S. Floriani.

1560 d. 1 Martii. – Ignis subito hora 3 noctis exussit 38 domos in platea laniorum eorum damno magno praecipue in cutibus.

" " d. 11 Martii. – Martinus Pilznensis in Canonicatum S. Annae institutus post resignationem M. Jo. Tarczyn. Idem tempore quadragesimali d. 19 ~~Februarii~~ Martii sacros ordines suscepit cum D. Joanne Leopoliensi. – D. 29 ~~Februarii~~ Martii in procuratorem redditum Universitatis electus.

d. 18 Martii. – Iterum ignis in platea Slavkoviensi.

d. 9 Aprilis. – Josephus Jasinski ex paupere familia dives factus et praelatus Canonicus Cracov., postremo dum propo= neret vitam pacificam Vilnae obiit insperate.

d. 19 Aprilis. – Philippus Melancton apostolus Vitenbergensis haereticus verbosus obiit apoplexia. – Ingenuus Comes Jero= nimus Rozdrazowski fido ore retulit, Philippum Melancto= nem convocasse auditores ad lectionem de Sacramento Alta= ris suae ut aiebat inventionis: et cum accessisset hora, ad= mirati cum non compareret, accurisse in eius Musaeum; repererunt eum spumantem et linguam exerentem obiisse; et cum avertissent plures eius mortem excusasse senio et fri= gore ipsam evenisse.

d. 22 Maii. – Andreas Zebrzydowski episcopus Cracoviensis in Vrzesnya obiit; cui successit Philippus Padniewski.

d. – Maii. – Marianus Lezeyski adolescens ingenuus, Craco= viensis Canonicus peregre profectus in Jerusalem cum aliis sociis, ipse obiit in insula Zacinto, in monasterio sepultus.

d. 1 Junii. – Mensis iste fere totus pluviosus usque in finem (d. 30 Junii)

d. 1 Julii. – Et iste fere similis praecedenti pluviosus (mensis).

d. 22 Julii. – Patria mea Shadek post occasum solis igne fu= rente succensa, in trecentis domibus incinerata, vix 40 relictis domibus.

d. 17 Octobris. – M. Albertus Breszye Czeskus obiit ptisi, quam vo= lebat unctione curare. (recte Mgr. Albertus Czeska de Brzezini.)

d. 3 Decembris. – Completi anni 71 vitae (Mgri. Nicolai de Szadek)

d. 7 Decembris. – Gelua fortia continuant in hoc mense et sequenti.

1561 d. 25 Januarii. – Mgr. Petrus Sambor ~~praedicator~~ Varsoviensis hectica obiit.

1561 d. 1 Martii. – Raphael Wargawski dictus Budek, Lanciciensis
terrae ex paupere nobili, ingenio et facetivitate in magnam gratiam
Regiae Majestatis venit, praepositus Cracoviensis et Custos thesauri
regii, dum non sperasset obiit hora media noctis.

d. 10 Martii. – Quidam Posnaniensis, mentito sexu multa mala egit,
nunc vir, nunc femina, et tandem comperta eius fraude, igne
exustus Casimiriae.

d. 25 Aprilis. – Roztur et Ochozina Scepusii a Turco conflagrata et
multi captivi usque Budam abducti.

d. 17 Maii. – Magnificus Joannes de Tarnow Castellanus Cracov.
anno aetatis suae 77 obiit.

d. 10 Julii. – Bochnia exusta hora 18, cum templis et monasterio.

d. 5 Augusti. – Muliercula Ponerska propter furta per fraudem
commissa. (?)

d. 1 Septembris. – Antonius Sculteti de Napachanie villa a Pozna-
nia duobus milliaribus distante dominorum Swidworum, S. Theol.
Doct. Decanus ecclesiae S. Floriani, obiit longa tabe consumptus
vir vere religiosus et laboriosus. Scripsit certos articulos contra
haereticos; Ipse pronosticabat, quod eius patria non habebit
futurum doctorem ad diem extremum.

d. 13 Novembris. – Despot spe bona haereditandi cum Alberto Las-
ki irruunt in Valachiam.

Hoc anno fuit magna penuria sementorum ex siccitate multa;
hiems pauci frigoris imo vernalis et quasi aestiva.

1562 d. 12 Januarii. – Joannes Przerembski obiit, archipraesul Gnesn.
anno aetatis suae 41.

d. 1 Februarii. – Stanislaus Gasiorek plebanus S. Stephani
obiit.

d. 19 Februarii. – Ingenuus et generosus iuvenis Johannes Go-
rynski palatinides ~~Mazoviae~~, peregrinus Terrae Sanctae,
Romae et partium Maris aetatis annorum suorum 21, re-
diens in patriam, acutis febribus mortem obiit

d. 11 Martii. – Philippus episcopus Cracov. primum Cracoviam
ingressus cum fulgore et tonitru, tempestateque ventorum.

d. 10 Julii. – Andreas Czarnkowski episcopus Posnan. obiit, in
cuius locum successit Adam Konarski tunc in legatione
Neapolitana existens.

d. 15 Septembris. – Johannes Boner Magnus procurator Arcis
et castellanus Becensis, dux, tutor, autor et asylum haeretico-
rum stultorum vitam finivit corporalem et invenit mortem
aeternam vix 45 annos transgressus. Cuius uxor altero die mari-
tum alium accepit prae nimio m[illegible]ore praeteriti.

1562 d. 29 Novembris. – Comitiae Regni indictae per Regem Sigismundum Augustum ad importunam instantiam nobilium a multo tempore, dominica prima Adventus inceptae et continuatae in annum sequentem pro executione Statutorum Regni.
d. 19 Decembris. – Gelua intensa continuant usque in finem mensis, exasperata vento rigido.
Hoc anno pestis serpebat per oras Austriae, Stiriae, Tirolis in fine aestatis et toto fere autumno.
Tumultus Moscovitarum cum Lithvanis occasionem Livoniae dedit sponte Regi Poloniae.
1563 d. 7 Januarii. – Stanislaus Lassoczki quinti Evangelii lutor obiit in Piotrkovia. – Itidem Nicolaus Trzebuchowski castellanus Gnesnensis, Didimus in fide obiit.
d. – Januarii. – Arx et civitas Poloczko Lithvaniae excusta a proditoribus per Moscum capta et occupata, ubi omnes occisi, igne consumpti et alii abducti in captivitatem. Multa millia et ante in defensa arce caesa; aiunt numerum fuisse millia 18.
d. 5 Februarii. – Resolutio, pluit.
d. 9 Februarii. – Inundatio Vistulae subito a meridie magna damna infert.
d. 21 Februarii. – Redit gelu et asperi venti siccantes.
d. 24 Februarii. – Thomas Placidus S. T. D. Canonicus Vratislavien. Sandomirien. et Pultovien., parochus Cracovien. S. Mariae, obiit in Piotrkow tempore Comitiorum durante, fuit enim scriba Cancellariae Regis.
d. 22 Martii. – Fulmen accendit templi pinaculum et eaufsit mediam partem tecti in Mogila, hora 22.
d. 31 Martii. – Stanislaus Maczieiowski castellanus Sandomiriensis obiit Cracoviae.
d. 9 Maii. – Erasmus Bank nobilis ex Slesitis, Consul Cracovien. anno 70 completo et 3 mensibus aetatis suae obiit.
d. 12 Maii. – Joannes de Ocessino per omnes gradus fortunae levioris studii, notariatus consistorii spiritualis et secularis pedetentim ascendendo, in magnum honorem et possessiones multas, per uxoris etiam accessum divitis, evectus, legatione ad Turciam honorifice peracta, capitaneatibus pluribus usque Cracoviensi et Cancellarii Regni dignitate et merito idoneitatis et eloquentiae, prudentiaeque gratia, honoratus extremum clausit diem hora septima, anno aetatis 62.

1563 d. 3 Julii. – Johannes Hul Consul Cracov. patria Shicze, Slesita apoplexia obiit.

d. 14 Julii. – Egregie doctus medicae artis Doctor Albertus Misellus, patria Posnaniensis, lector ordinarius, anno aetatis suae 62 extremum clausit diem relicta uxore Catherina et unica filia.

Nocte sequenti Barthkowski vicinus noster occisus ante Kleparz hora 2 noctis per ebriosos stipendiarios

d. 16 Septembris. – Nicolaus Grabionka ad Canonicatum Cracov. susceptus.

d. 21 Septembris. – In platea S. Stephani tres domus in parte muratae, cimiterio vicinae, exustae hora noctis 3.

d. 16 Novembris. – Convocatio Universitatis cum maxima frequentia Magnatum et nobilium propter insolentiam studiosorum.

1564 d. 24 Januarii. – Casus turpis in schola divae Virginis et inde infamiae magnae.

d. 1 Februarii. – Jacobus Milewski accepit Canonicatum Cracov.

d. 13 Februarii. – Mathias Flaminius presbyter in bursa Jerosolim. defunctus.

d. 30 Martii. – Johannes Benedicti de Treubel Missnensis Art. et Med. Doct., Regis Sigismundi I. physicus, Canonicus Cracov. San. domir., Custos Lovicien. Versovien. diem extremum obiit, anno aetatis 81 completo. (Solfa)

d. 30 Martii mane Vislicia exusta subito et impetuoso igne sola ecclesia relicta

d. 13 Maii. – Grando magnitudinis ovi concussit segetes.

d. 4 Junii. – Decolati mas et femina adulteri et fures, Korczak cum Gregierowa.

d. 10 Junii. – Martinus Pilznensis ad cursum theologicum admissus.

d. 16 Junii. – Quidam nobilis Lapka occisus propter convivium.

d. 3 Julii. – Johannes Wath Hectoris filius obiit, mercator Cracovien. iustus et honoratus.

d. 9 Julii. – Generosus Stanislaus Myszki puer vix triennis inscriptus tamen in Bursae Jerusalem matricam spe futurorum studiorum.

d. 18 Julii. – Venit fama Calvinum haereticum pediculari morbo obiisse.

Hoc mense Julii frequentes et magnae grandines segetes contriverunt in multis locis ~~et [illegible]~~ provinciis et remotis.

d. 8 Augusti – Convocatio Universitatis ad decidendam causam Doctoris Pici cum Czeczothka; sed quoniam Proconsul et Consules tantum Notarios miserunt, causa [illegible] est.

1564 d. 20 Septembris. – Terrae motus magnus (in Ducatu Sabaudiae). Hiemalis fere frigor.

d. – Septembris. – Infectio pestifera hic atque illuc emergit ex contagione advenarum ex Gedano, sed forte magis ex epidimia

d. 1 Octobris. – Continuat pestifera infectio et augetur numerus morientium ultra 86.

d. 11 Octobris. – Prima nix decidit.

Hoc mense Istula exuberat aquis diffusis circumquaque ex frequenti pluvia.

d. 26 Octobris. – Gelu nocte et diebus sequentibus.

d. 1 Novembris. – Adhuc continuat pestilentia sed in paucioribus numeris.

d. 21 Decembris. – D. Nicolaus a Szadek Procopiades Canonicus Crac. ex Theologis Universitatis Cracov. ex astmate defunctus est ipso die S. Thomae hora noctis quarta. Sepultus in vigilia Nativitatis Domini in ecclesia S. Annae sub cathedra concionatoria, ubi erat olim sepultus divus Cantius. Eiusdem D. Schadek epitaphium ibidem vere et sincere scriptum. Vixit annis 75, inchoato anno 76.

Notata Martini Glicii Pilsnensis Doct. Teol. Canon. Cracov. Vratislav. S. Flor. nat. 1528 † 23 Augusti 1591.

1565 d. 1. Januarii. – Sebastianus Clepardiensis Vicarius ecclesiae S. Floriani in Canonicatum institutus.

d. 21 Julii. – Petrus Proboszczevius defunctus intestatus.

d. 27 Julii. – D. Joannes Leopolita praefato Doctori Petro de Proboszczowice successit in Canonicatu S. Floriani; D. vero Martinus Pilznensis in Decanatu S. Annae Doctori Leopoliensi successit.

d. 9 Augusti. – Martinus Pilznensis in concionatorem ecclesiae Cathedr. Crac. electus.

1566 d. 17 Junii. – Baltazarus Habicht Canonicus Wratislaviensis vulnerato nobili ex concordia dedit 50 flor. et Chirurgo 15 flor. (Nota Muscenii.)

1566 d. 1 Augusti. – Waliszewski civis Clepardiensis, ut dicebatur, ab uxore intoxicatus obiit.
d. 5 Augusti. – Albertus Kiiowszki Canonicus Cracov. defunctus; erat insignis et utilis Procurator bonorum Capituli in Labiani=cze.
d. 11 Octobris. – D. Martinus Pilznensis in Praepositum Collegii maioris institutus.
1567 d. 31 Januarii. – Rector Universitatis Doctor Martinus Crokier profectus est Vratislaviam ad possessionem capiendam in Ca=nonicatum Wratislaviensem et Glogoviensem, substituto Vice rectore D. Pico Medico.
d. 8 Maii. – Dominica Rogationum processio S. Floriani dilata fuit in feriam tertiam et absoluta simul cum processione ad B. Virginem.
d. 18 Maii. – M. Mathias Pyatek Plocensis defunctus.
d. 10 Junii. – M. Petrus Warszovita defunctus Canonicus S. Floriani.
d. 14 Junii. – M. Martinus Pilznensis in Canonicum S. Flo=riani institutus.
d. 16 Junii. – Sepultura magnifica in Tarnow magnifici olim Christopheri Comitis in Tarnow Castellani Woynicensis ultimi de genere et familia Comitum in Tarnow.
d. 13 Novembris. – Praepositus Miechoviensis Joannes a Lwo=wek decessit anno aetatis suae 95, dum praefuisset monas=terio annis 35.
d. 21 Novembris. – M. Franciscus Wolski per Vicecapitaneum et Consules Cracov. per fraudem captus et inique plexus capite ante praetorium.
1568 d. 4 Januarii. – D. Sebastianus de Kleparz Canonicus Cracov. decessit.
d. 28 Februarii. – Presbyter Valentinus de Sulanthkovice S. Theol. Baccal. plebanus in Slupya in domo Vicariorum S. Annae de=functus.
d. 3 Junii. – Doctor Jacobus Montanus in Doctorem S. Theol. in eccle=sia S. Trinitatis loco capitulari promotus iuxta Bullam Ponti=ficis.
d. 26 Julii. – Pestis sevire incepit in Polonia maiori et Silesia.

1568 d. 1 Octobris. – Organista ecclesiae S. Floriani enormiter in capite vulneratus in discursu nocturno per tabernas.

d. 16 Decembris. – Dr. Felix Sieprczius et Mgri Joannes Leopoliensis et Martinus Pilsnensis ab Universitate designati profecti sunt Lublinum ad tuendam causam Universitatis propter plebanum M. Wolski.

1569 d. 19 Januarii. – D. Sigismundus Obrębski Plocensis Canonicus et Custos S. Floriani Plociae defunctus.

d. 2 Aprilis. – D. Martinus Krokierus Vratislavien. Lucerien. Glogovien. Canonicus, defunctus.

d. 21 Aprilis. – M. Joannes Tarczyni Praepositus Geranonensis S. M. Reg concionator acceptissimus Lublini defunctus.

1570 d. 24 Aprilis. – D. Stanislaus Pincevius electus in Rectorem Universitatis.

1571 d. 22 Junii. – D. Martinus Pilznensis in Canonicatum ecclesiae cathedralis Vratislaviensis institutus.

1572 d. 1 Martii. – Epitaphium cum tabula Extremi Judicii curavi pro parentibus meis Pilsnam transmitti et super sepulchrum parieti applicari.

d. 15 Martii. – Rev. D. Stanislaus Gorski Canonicus Cracov. defunctus.

d. 20 Martii. – Palatinus Cracov. Stanislaus Barzi sepultus in ecclesia cathedrali.

d. 7 Aprilis. – D. Joannes Leopoliensis Canonicus S. Floriani et celebris concionator defunctus; in sepultura eiusdem ad B. Virginem d. 10 Aprilis concionabar.

d. 17 Aprilis. – Philippus Padniewski episcopus Cracovien. Warsaviae in Comitiis defunctus.

d. 30 Aprilis. – Rev. d. Nicolaus Grabianka Cracovien. Premislien. Canonicus defunctus.

d. 1 Julii. – Pestis saevit.

d. 2 Julii. – Franciscus Krassinski electus Episcopus Cracov. capitulariter pro forma veteri.

d. 5 Julii. – Rev. Stanislaus Grothkowski Decanus Kielcensis, Cracovien. Sandomirien. Canonicus sepultus.

d. 7 Julii. – Seren. Rex Sigismundus Augustus Tykocini defunctus

d. 13 Julii. – Clausa civitas Cracoviensis propter mortem Regis Poloniae.

d. 15 Julii. – Ingreditur Palatinus solenniter in arcem.

1572 d. 21 Julii. – Primus pulsus Regi defuncto ad omnes ecclesias Cracoviae, Casimiriae, Clepardiae.

d. 10 Augusti. – Rev. d. Joannes Korzbok Canonicus Cracov. Scholasticus Plocens. defunctus et 16 in ecclesia cathedrali Cracov. sepultus.

d. 19 Augusti. – Fides soror germana Martinii (Glicii) Pilznensis defuncta et in ambitu S. Francisci sepulta d. 22 Augusti.

d. 26 Septembris. – Lucas vicarius ecclesiae cathedralis Cracov. in Pinczow (domo in arce Crac.) manens, dum iret noctu in templum, per stipendiarios occisus impune, sepultus. – Pestis.

d. 4 Octobris. – Rev. d. Valentinus Kuczborski Archidiaconus Pomeraniae, Cracovien. Canonicus defunctus, die 6 Octob. sepultus.

d. – Octobris. Pestis.

d. 14 Decembris. – Visliciae conventio de eligendo Rege.

1573 d. 2 Januarii. – Castellana Sandomiriensis Maciejowska femina devota sepulta in ecclesia Cathedr. Crac.

d. 26 Februarii. – M. Gregorius Sambor(itanus) hidrope defunctus inventus est h. 13.

d. 9 Martii. – Sepultura Postękalski Viceprocuratoris Magni Castri Cracov.

d. 11 Martii. – Sepultura Borek Praepositi Capellae Regiae.

d. 21 Martii. – Palatinides Cracoviensis Firley secreto, ne pater rescicat, confitetur coram me, quod multis annis hoc facere non fuit ausus.

d. 18 ~~Martii~~ Aprilis – Andreas Crayowski Archidiaconus Crac. defunctus, sepultus d. 24 Martii.

d. 16 Maii. – Henricus Gallus Rex Poloniae electus et proclamatus circa Warssoviam in Katoriis.

d. 29 Julii. – M. Wayss incarceratus et sex hebdomadibus detentus.

d. 14 Augusti. – M. Wayss incarceratus, quarta post die dimissus.

d. 21 Septembris. – Judaei in sua civitate aliquot studiosos male tractarunt et per tumultum passi sunt Judaei iacturam propter direptionem testudinum, scriniorum a colluvie magna concurrentium ad 3000.

d. 31 Octobris. – Magnificus d. Christoferus Komorowski de Ziwiecz Castellanus Oswiecimensis Cracoviam ingressus armatus contra palatinum Cracov. (Joan. Firley) ulturus despectum in disceptis armis ipsius in hospitio affixis, alias stemate; transactum negotium per concordiam

1573 d. 13 Novembris. – Clausa civitas propter interfectum famulum d. Zborowski per Italos.
d. 10 Decembris. – Sepultura Jaworski civis Casimiriensis.
1574 d. 5 Januarii. – Franciscus Krassinski Crac. episcopus Craco: viam venit.
d. 30 Januarii. – Montis Regalis Episcopus legatus apostoli: cus Cracoviam vespere venit.
d. 31 Januarii. – Te Deum laudamus solenniter vesperi solenniter cantatur ob adventum Regis Henrici ex Galiis in fines Regni Poloniae.
d. 11 Februarii. – Rex Sigismundus Augustus sepultus.
d. 18 Februarii. – Henricus rex Poloniae solenniter Cracoviam ingressus hora 1 noctis. Universitas voluit eum salutare in campis Krowodrensibus, sed propter crepusculum profun= dum dilata est per proceres Regni salutatio in aliud tempus. Tunc vero Regem equo insidentem manibus tamen datis Rector et aliquot Doctores salutarunt.
d. 20 Februarii. – Rex in Rupellam deductus h. 1 noctis, quoniam volebant haeretici hanc antiquam ceremoniam omnino abolitam esse, ideo extrahebant tempus.
d. 21 Februarii. – Coronatio regis Henrici.
d. 4 Martii. – Castellanus Premisliensis Andreas Wapowski vulne= ratus in Castro Cracov. sub celebritate coronationis sub oculis regiis per Samuelem Zborowski hora 1a noctis defunctus.
d. 6 Martii. – D. Joannes Dobrosielski Canonicus Crac. ex suffocatio= ne inter dormiendum defunctus nocte praecedente; d. 9 Martii sepultus ad S. Annam.
d. 27 Martii. – Sepultura d. Maciejowski castellani dublin.. in ecclesia cathedrali Cracov.
d. 25 Aprilis. – Palatinus Cracov. Joannes Firley intra concionem ecclesiae cathedralis domi defunctus.
d. 6 Maii. – Rex Henricus in salisfodinas Wielicenses se demisit.
d. 21 Maii. – Rex Niepolomicium profectus tentaturus clandestinum discessum de Regno Poloniae in Regnum Galliarum.
d. 3 Junii. – Rex apud Serenissimam Reginulam in horto feralis convi= vabat.
d. 10 Junii. – Corporis Christi processionem per Circulum secuti Rex et Regina veloci cursu et tumultuarie contra dignitatem et divinam et regiam.

1574 d. 15 Junii. – Nuntium de morte Regis Galliarum aliquot diebus caelatum, tunc publicatum.

d. 18 Junii. – Rex Poloniae Henricus hora 2 noctis aufugit.

d. 2 Octobris. – In medio noctis sequentis in somnis venit ad me M. Gregorius Sambor defunctus in vestitu, quo nobiscum vivens incedebat et dixit: „Pan Bog nawiedza cię przez mnie, i rozkazał ci, że cię chce mieć z sobą. Azby cię tu ieszcze potrzeba, ale on mieisce twe opatrzy. Jam temu rad, że mię z tąd P. Bog przeprowadził, pozbyłem nędzę a dostałem wielkiey radości." His dictis disparuit, et ego evigilans flexis genibus dixi: Domin[illegible] fiat voluntas tua.

d. 10 Octobris usque ad 12 conciliabulum haereticorum Brog appellatum Cracoviae oppugnatum et direptum.

d. 22 Octobris. – In Castro Cracoviensi Senatorum et nobilitatis deliberatio de Acervo direpto. D. Martinus Pilznensis serie rei et facti exposita mitigavit furorem.

d. 23 Octobris. – Seniores et Consiliarii Bursarum iuramento corporali examinati per Senatores Regni in praesentia Episcopi Cracoviensis et Rectoris Universitatis ex oppugnatione et direptione Brog.

d. 25 Octobris. – Depositiones civium examinatae in praetorio et authoratus oppugnationis et direptionis Brog insimulati sunt studiosi et tota Universitas.

d. 26 Octobris. – Ante praetorium quinque homines innocentes plexi propter Brog. Dum plecterentur, horror magnus irruit in spectatores, ita ut per diversas plateas dispergerentur, alii in praetorium, alii extra urbem fugerent, armis quae in manu portabant, de manibus in foro elapsis.

d. 14 Novembris. – Conventus Prosoviensis, quo missi erant D. Martinus Pilsnensis cum M. Andrea Brzezinio ad defendendam Universitatem insimulatam de direpto Acervo. [illegible] Defensio per Dei gratiam successit.

d. 28 Decembris. – Andreas Barzi defunctus.

1575 d. 2 Januarii. – Stanislaus Dambrowski Canonicus Cracov. defunctus.

d. 4 Januarii. – Sepultura d. Andreae Barzi.

d. 3 Aprilis. – Senatores Regni Palatinus Siradiensis Albertus Laski et Castellanus Czechoviens. non sunt intromissi in Castrum Cracov. causa devolutionis per errorem Decursionis non autem mandato palatini et capitanei, ut dicebat.

1575 d. 10 Aprilis. – In Acervo Evangelicorum erat concio Martialis.
d. 16 Aprilis. – Occlusa civitas propter oppugnatam violenter domum Proconsulis nocte praeterita per Nobiles, et postea nihil.
d. 2 Maii. – Tota Communitas Pilznensis passa magnam calamitatem a Lathoszynskie, quam postea redemerunt summa supra 1200 flor.
d. 18 Maii. – Lupus comprehensus in piscina Bronoviensi, eo ipsum ex campo impellentibus canibus rev. d. Nininski Canonici Crat.
d. 19 Maii. – M. Wayss furiosus et homicida incarceratus.
d. 4 Junii. – M. Wayss ex carceribus dimissus.
d. 11 Junii. – M. Wayss rursus incarceratus vulnerato M. Brzezinio.
d. 23 Julii. – M. Wayss furiosus dimissus ex carceribus.
d. 22 Augusti. – In Korczyn convocatio palatinatuum Cracovien. et Sandomir.
d. 24 Augusti. – Revocatio solennis haeretici Stephani Sliezak Apostatae a S. Catharina circiter 30 annos facta in ecclesia cathedrali Cracov.
d. 11 Octobris. – Magnus tumultus et universalis metus propter nomen et opinionem incursus Tartarorum.
d. 12 Decembris – Mathias Drzewicki Praepositus Wladislavien. Canonicus Cracov. defunctus Romae; vir pietate, zelo pro eclesia et integritate vitae nulli secundus.
d. 12 Decembris. – In Regem Poloniae circa Warsoviam nominati a Senatu Imperator Christianus, ab equestri ordine Stephanus Batori.
d. 25 Decembris. – rev. d. Szydlowski consecratus in Abbatem Hebdoviensem.
1576 d. 18 Januarii. Convocatio Andrzeoviensis pro confirmanda electione Batori in Regem Poloniae. Eadem die m. d. de Rozemberg Cracoviam, quod postulabat, non intromissus, Clepardiae hospitium accepit, ideo quia Nuntius fuit Caesaris in Regem Poloniae etiam ab altera parte nominati.
d. 19 Januarii. – Jo. Wirzikowski senior in Turcia defunctus.
d. 4 Februarii. – Convocatio equestris ordinis Cracoviae facta ad firmandum decreta Andrzeoviensia et ad eiciendos Cracovia eos qui partis Caesareae essent. Coacti sunt interim discedere magn. Castellanus Czchoviensis de Grodek et Duditius haereticus quondam Episcopus

Quinqueeclesiensis, Secretarius et Nuntius Caesaris in Polonia.

1576 d. 6 Februarii. — Nuntii sex ab Equestri Ordine Cracoviae congregato ad Capitulum Cracoviense venerunt audituri responsionem et ultimam resolutionem, quarum partium essent ex parte electionis Regis. Eadem die missi sunt nuntii 4 ab eadem congregatione, eandem ob causam Professores. Professores suspensione responderunt, de quo non erant contenti Ordines. Studiosi maluerunt discedere Cracovia, quam se declarare. Nam ex parte Caesaris Dieditius per manus Rectoris Universitatis D. Jacobi Gorski aliquid pecuniarum ipsis dederant, ut tunc dicebatur.

d. 11 Februarii. Convocatione Universitatis conclusum: Declarationem debere fieri pro Regina cum ipsius marito Rege futuro.

d. 26 Februarii. — Andreas Gorkanus Comes captivus per d. Korzbock de Silesia.

d. 28 Februarii. — Serenissima Infans Jagellonia Reginula Warsavia Cracoviam solenniter venit; per Universitatem excepta supra vallum muratum ad portam S. Floriani.

d. 9 Martii. — Rev. d. Suffraganeus Cracov. Martinus Białobrzeski Cracovia discessit in legatione ad Caesaream Maiestatem. — Wolffowa dives quondam vidua, quae in divortium expenderat supra 5000 flor., defuncta.

d. 15 Martii. — Suffraganeus ex legatione Cracoviam rediit.

d. 23 Martii. — Maximilianus Caesar electioni consensit, conditiones suscepit, iuravit.

d. 28 Martii. — Puer occisus ex bombarda in Schola arcensi in medio scholarium. Facinus impune abiit, quod stipendiarius miles Spak patrarat.

d. 31 Martii. — Kurowski tabernator et conductor lapideae apud Gola, se ipsum ex bombarda occidit in testudine flexis genibus post choreas in Quadragesima apud se permissas nobilibus.

d. 4 Aprilis. — Periculosa contentio Senatorum Regni in Conventu S. Trinitatis in hospitio Episcopi Cuiaviensis; originem duxerat ex Spitek Jordan

d. 6 Aprilis. — Sta. Groff civis et ponderator Cracov. defunctus.

1576 d. 19 Aprilis. D. Martinus Pilzno (Glicius) Latine concionabat coram Rege Stephano in Mogila.
d. 21 Aprilis. – Rex communicavit sub una specie.
d. 23 Aprilis. – Rex ingressus Cracoviam, per Universitatem salutatus in campo Strzelnica, hora 22.
d. 30 Aprilis. – Deductio Regis in Rupellam.
d. 1 Maii. – Matrimonium contractum. Coronatio Regis Stephani Batori et Reginae Jagielloniae Annae per r. Episcopum Cuiaviensem.
d. 2 Maii. – Hastiludium in Castro.
d. 3 Maii. – Te Deum laudamus in foro Cracoviensi cum strepitu tormentorum tribus horis noctu. Homagium vero civitatis sub meridiem eiusdem diei factum.
d. 4 Maii. – Regina per rev. Episcopum Cuiaviensem inducta in templum. – Episcopus Cracoviensis Cracoviam (Wywód?) venit.
d. 21 Maii. – Danczkorona summo mane cepit oppugnari; deditionem fecit vesperi die 22 Maii.
d. 25 Maii. – Fulmen in ecclesia S. Francisci attrivit simulachrum Christi crucifixi in medio templi. – Dux Jaroslavius Crupski Moscus donavit mihi subbam mardurinam.
d. 30 Maii. – Rex discessit Cracovia Warssaviam impediturus conventum Caesarianorum ibidem indictum per rev. Archiepiscopum Gneznensem.
d. 1 Junii. – Fulmen turri~~tec~~ civi~~tatis~~tis tectum deiecit, in qua pulveres tormentorum servantur. Idem tectum accenderat 1570.
d. 3 Junii. – Episcopus Cracoviensis in Radlow discessit.
d. 14 Junii. – Regina Poloniae Anna in Pramnik per Episcopum tractata solenni prandio.
d. 23 Junii. Danczkorona per deditionem capta.
d. 25 Junii. – Imaginem Crucifixi in medio templi S. Francisci fulmen deiecit et frustratim disiecit hora 22.
d. 30 Junii. – Rex Cracovia egressus Warssaviam ad reprimen~~dos~~ rebelles electionis ipsius et disturbandum Caesarianorum conventum Varsaviae indictum; Regina Cracoviae relicta.

1576 d. 18 Julii. – Joannes Ways publica voce honore privatus in foro Cracoviensi propter famosos libellos scriptos ad instantiam magn. Castellani Cracov.
d. 27 Julii. – Regina Cracovia Varsoviam discessit.
d. 5 Augusti. – Magna tempestas pontis Cracoviensis in Istula disiecit tectum.
d. 8 Augusti. – Caspar Szmygrod Canonicus Skarmiriensis defunctus intestatus
d. 10 Augusti. – Sub fine vespertinarum precum tanta tempestas, quod in ecclesia cathedrali alius alium non videret propter pulveres densos a terra excitatos; grandine percussit fruges aestivales penitus quindecim milliaribus in longum, duobus in latum. Grandinis globi fuerunt maiores, quam ova anserum.
d. 16 Augusti. – Rex Stephanus ex Tikoczin in Malborg profectus, acceptis secum ex Tikoczin 70 tormentis bellicis ad oppugnandum Gedanenses rebelles.
d. 26 Augusti. – Publicatio Jubilaei in ecclesia cathedrali; aequipollens Jubilaeo apertionis Portae aureae Romae anno praecedenti.
d. 3 Septembris. – Raphael Mstowski Canonicus Crac. Praepositus Wislicien. (sororius olim Joannis Ocieski Cancellarii Regni) defunctus, anno aetatis 44.
d. 15 Septembris. – Conventio Prosoviensis ante Conventum generalem Torunensem; ad eandem conventionem ex parte Universitatis missi D. Martinus Pilznensis et M. Brzezinius.
d. 18 Septembris. – Conventus in Nova civitate Korczyn.
d. 21 Septembris. – Szieniensky (Joannes) Castellanus Haliciensis nominatus Archiepiscopus Leopoliensis ad ordines Acoliti et Subdiaconi promotus, decrepitus et idiota senex.
d. 12 Octobris. – Caesar christianus defunctus.
d. 30 Octobris. – Nicolaus Krassinski Canonicus Crac. frater germanus Episcopi, defunctus.
d. 3 Novembris. – Nominatio Martini Bialobrzeski Suffraganei et Canonici Cracov. in Episcopum Camenecensem a Regia Maiestate ipsi Torunio missa.
d. 4 Novembris. – Dedicatio Capellae reformatae Episcopi Cracov. Philippi Padniewski.
d. 24 Novembris – Justus Lodovicus Decius Magnus Procurator Castri Cracov. Torunii intra Comitia ex perturbatione subito defunctus.
d. 13 Decembris. – Hiems hoc anno fuit valde pluviosa et lutosa ad festum S. Luciae.

1576 circa festum S. Martini Stephanus Rex Poloniae incepit Torunii celebrare comitia Regni de arduis negotiis in superiorum Conventuum Regni (tempore) non determinatis et in Recessibus multis annotatis. Sed nihil conclusum est propter temeritatem Nuntiorum terrestrium, qui voluerunt diutius produci Comitia ultra sex hebdomadas iuxta quadam Constitutionem in Coronatione Regis iuramento confirmatam. Torunii contra Constitutionem Regni interim Comitia celebrata propter notabilem rebellionem Gedanorum nolentium primum agnoscere Stephanum pro Rege Poloniae, sed Maximilianum Christianorum Imperatorem. Defuncto autem Imperatore, nominato Rege Poloniae per Senatum, agnoscere quidem volebant Regem, sed de Jurium ipsis iureiurando Regis conservandorum, nova forma gravis, periculosa et scandalosa subsecuta est controversia cum sanguinis effusione et despoliatione per Haydukos opulentissimae Julavae. Ab eoque tempore incepit obsideri Gedanum a Polonis.

1577 d. 18 Januarii. – D. Petri Posnaniensis salvi et vividi, ex rumore mortis ipsius, apud Curiam beneficia distributa: Praepositura S. Floriani Patritio, Cantoria Praemisliensis Gollicio, Canonicatus Vilnensis et Plebanatus diversis, cum impetrantium beneficia adhuc bene et fortiter viventis ignominia, si modo ipsos tangit.

d. 2 Februarii. – Malczkowski Magnus Procurator Castri Crac. Cracoviam et in arcem primum ingressus.

d. 13 Februarii. – Domum paternem sortis meae Pilznae vendidi cum summis in eadem domo mihi inscriptis et obligatis 60 marcis, quas donavi sorori et nepoti in Actis scabinalibus Cracov.

d. 17 Februarii. – Porta S. Annae in ligneo ostio a Cerdonibus intempesta nocte per Stadniczki violenter aperta per remissionem ostii a postibus.

d. 24 Februarii. – Fuit motus Studiosorum contra Stadnicki propter discantistam Universitati incorporatum in caemeterio B. Virginis per famulos ipsius raptum.

d. 27 Februarii. – Cracovia 4 horis clausa propter inquisitionem de puero recens nato in olla reposito et in Rzap inter plateam Szwieczka et plateam S. Stephani proiecto et suffocato.

1577 d. 1 Martii. – Rumor Cracoviae pervenit, apud Gedanenses Nau=
ros Gedani metu Regis Polonorum pestem saevire incepisse. –
Mathias Klodniczki in Canonicum ecclesiae cathedr. Cracov.
susceptus.

d. 6 Martii. – Stadnicki rapuit pusanistam rev. Nominato Camene=
censi Martino Białobrzeski.

d. 10 Martii. – Stadniczki veniens in balneum ad S. Franciscum, re=
perit ibidem monachos Ordinis Praedicatorum et accepta novacula
voluit abscindere genitalia Sigismundo monacho: quodquidem
fecisset, nisi germanus frater eiusdem Stadniczki precibus ipsum
liberasset.

d. 15 Martii. Franciscus Krassinski episcopus Cracov. defunctus
Bodzencini hora 7 noctis sequentis.

d. 19 Martii. – Szipowski praedium Prądnik episcopale de=
praedatus est.

d. 20 Martii. – Lucas Podoski Praepositus Gnesnen. Canonicus
Cracov. Administrator electus.

d. 23 Martii. – Conventus Procerum Regni cum Rege Stephano Wla=
dislaviae ad deliberandum, an bellum inferendum Gedanensi=
bus rebellibus.

d. 6 Aprilis. – Vas vini Pulkuffek Pilznam adductum emptum 33
talaris, a vectura eiusdem 4 flor.

d. 11 Aprilis. – Impugnatio Brog. – Episcopus Cracov. Francis=
cus Krassinski Bodzencini sepultus.

d. 19 Aprilis. – Uxor Capitanei Dybboviensis in haeresi nata et
educata ad ecclesiam catholicam conversa.

d. 26 Aprilis. – Rev. Petrus Miskowski episcopus Ploccensis, no=
minatus Episcopus Cracov.

d. 6 Maii. – Invasio rev. d. Simonis Lugowski Praepositi Miecho=
viensis per Frikacz super lapideam Stradomiae periculosissi=
ma tribus horis sub vesperam.

d. 9 Maii. – Synodus dioecesana celebrata in ecclesia S. Michaelis
praesidente Administratore rev. d. Luca Podoski.

d. 11 Maii. – Conventio Prossoviae ante Comitia: constituta exactio
regalis ex decimis et colonis.

d. 18 Maii. – Nominatus Cracov. Petrus Miskowski electus Epis=
copus Cracov. per Capitulum Cracov. cum Te Deum laudamus.

d. 20 Maii. – Alumnus Majestatis Regiae et cliens Baltazar Dzialay
in Istula natando submersus mox post intitulationem in Metricam Uni=
versitatis: erat haereticus.

1577 d. 28 Maii. – Szikorski furiebat hora Completorii in cathedrali ecclesia, candelis Administratoris caput percussit.

d. 13 Junii. – rev. d. Joannes Zaborowski nominatus Episcopus Chelmensis 20 hora defunctus.

d. 24 Junii. – Haeretici Podbrozianie correpti timore trepidabant, quasi invasuri essent studiosi hora noctis 4ta Brog. Paraverunt bombardas, hakownice, pulveres, stipendiarios, sed cum sua ignominia trepidabant timore ubi non erat timor.

d. 29 Junii. – Sub corruscatione raptus puellae apud Mązinski, verus an fictus nondum constat.

d. 2 Julii. – Studiosi invaserunt sub noctem domus Clepardiae Dębsky et Lieszowski, magnam violentiam fecerunt et damna intulerunt. Laici qui se Studiosis intermiscuerunt portam S. Floriani seu ianuam, ne tempore solito clauderetur prohibuerunt. Rector ex singulis bursis et scholis studiosos singillatim praemisso iuramento de veritate dicenda examinavit, quis scilicet author fuerit tumultus, quis et cum quibus invasionem fecerit.

d. 4 Julii. – Consules Cracovienses duo ad Regiam Maiestatem missi, questum inter alia contra Studiosos.

d. 11 Julii. – Authores Baccalaureos duos et tertium studiosum incarceravit (Rector), similiter et invasores. Mendicus in omnibus scholis disciplinam dare per servitores mandavit, ne postea tumultus excitent, aut sequantur, prohibuit.

d. 4 Augusti. – Blasius Lorek actu sacerdos, supra 20 annos Minister apud haereticos Confessionistas, publice revocatione facta in ecclesia cathedrali Crac., cathedra reconciliatus ecclesiae et restitutus ad functiones sacerdotales.

d. 5 Augusti. – Desponsatio sororinae meae Sophiae cum Jo. Krzaczek cive Clepardien. d. 18. Matrimonium contractum et d. 20. Augusti, dotis 300 flor. dati.

d. 4 Septembris. – In Bieżanow super piscina discursus ex parte Capituli Crac. contra Samuelem Zborowski;

d. 15. Septembris. – Czeczotka ante primam noctis oppugnatus per famulos Canonicorum, cuius oppugnationis Studiosi falso fuerunt insimulati.

d. 22 Septembris. – Apud Abbatem Gradecensem (Longtowski ?) pransum. 63

1577 d. 9 Octobris. – Examinata apud d. Administratorem puella Marina super raptu.

d. 19 Novembris. – Castellanus Sanocensis et Premisliensis Joannes Herborth, de literis et legibus patriae bene meritus, defunctus.

d. 16 Decembris. – Conventus Prossoviensis ante Conventum Warssoviensem.

d. 18 Decembris. Episcopus Cracov. Petrus Miskowski Cracoviam primum venit, d. 19 Capitulum Cracoviense, d. 20 Collegas maiores, d. 21 Medicos et Collegas minores, d. 22 Consules Cracov. prandio excepit.

d. 31 Decembris. – Episcopus Cracov. Cracovia discessit Warsaviam ad Comitia.

1578 d. 7 Januarii. – Comitia Regni Varsaviae celebrantur

d. 31 Januarii. – Casimiriae enormis casus talis accidit. Civis Casimiriensis discedens in comitia Varsav. uxorem, liberos et domum fratri in patrocinium commisit. Hic successu temporis ut substantia fratris absentis potiretur, interfecit uxorem fratris, puerum in cunabulis iacentem et ancillam famulam. Comprehensus per Casimirienses tale martyrium sustinuit. Alligatus ad palum catena ferrea circumcirca lignis ardentibus appositis sensim torrebatur et horrendis clamoribus atque ululatibus circiter tres horas afflictus, capite in dorsum supino reclinato animam miserabiliter efflavit.

d. 12 Februarii. – Galczynski (Joannes) Canonicus Cracov. susceptus.

d. 22 Februarii. – Clepardiae circiter 7 horam noctis domus Lesziowski et Dębski igne absumptae sunt.

d. 26 Febr. – rev. Petrus Wolski Pinin episcopus Plocens. deposuit Cancellariatum Regni.

d. 1 Martii. – Joannes Zamoiski Cancellarius Regni declaratus et d. Borukowski vicecancellarius Regni salutatus. – Krzizanowski tribunus Posnanien. homo bonus et catholicus ex pleuresi decessit.

d. 7 Martii. – Jacobus Dębieński Capit. Czostinens. defunctus, sepultus d. 25 Martii.

1578 d. 24 Martii. – Praedium (Praelum?) Trinitariorum in vallo extra Novam portam arsit, et direptio librorum magna est facta.

d. 10 Aprilis. – rev. d. Erasmus Dembienski Decanus Cracov. causa melioris profectus in studiis in Italiam discessit.

d. 18 Aprilis. Seren. rex Stephanus literis suis demandavit correctionem Calendarii et correctionis exemplar a Summo Pontifice ipsi missum litteris adiunxit.

d. 22 Aprilis. – Generosum d. Uchanski Regis Poloniae ad Sedem Apostolicam cum obedientia nuntium, coena philosophica excepi cum ipsius magna delectatione.

d. 4 Maii. – Dominica Rogationum Processio S. Floriani dilata in feriam 4tam et ibidem absoluta cum processione ad S. Virginem. Similiter acciderat 1567.

d. 6 Maii. – Sepulta Zalaszowska.

d. 7 Maii – Sepultus Raychler.

d. 22 Maii. – Conventus Corcini de exactione regali magna et inaudita in Regno Poloniae.

d. 28 Maii. – Rev. Episc. Crac. Petrus Myszkowski ex Comitiis Varsoviensibus rediit Cracoviam ad vesperas Corporis Christi, easdem ipsemet celebravit et Summam Missam cum processione per circulum postridie.

d. 30 Maii. – Receptus in Canonicum Cracov. Stanislaus Gomolinski in locum Jo. Wolski Abbatis Plocensis.

d. 31 Maii. – Abbas Gradiciensis Jo. Ponetowski ordinatus per Episcopum Cracov. ad presbyteratum.

d. 1 Junii. – Synodus haereticorum Piotrcoviae accersitis ministris externis. – Eadem die accidit tumultus magnus Cracoviae circa cadaver mulieris evangelicae, quod fex populi sepeliendum impedivit, direpto panno lugubri, profligato auriga cum equis, cadavere attrito lapidibus, baculis, extractum in curru ex urbe sepelierunt in Ostula.

d. 2 Junii. – Tumultus magnus circa Brog subsecutus.

d. 8 Junii. – Breve apostolicum Capitulo Cracov. datum per nuntium in Tiniecz.

d. 10 Junii. – Idem nuntius Cracoviam venit Protonotarius.

d. 14 Junii. – Exceptus legatus per D. Martinum Pilsnensem Rectorem nomine Universitatis in templo SS. Trinitatis.

d. 20 Junii. – M. Jacobus Pilsnensis Agriam discessit, scholam ibidem recturus.

1578 d. 24 Junii. – rev. d. Lucas Podoski Legatum Apostolicum et Episcopum Crac. cum Praelatis excepit prandio.

d. 27 Junii. – Proclamatio de Charzewski occiso contra Rectorem.

d. 1 Julii. – Apud Legatum Caligarium D. Nicolaus Bodzencinus et Martinus Pilznensis pransi in carnibus more Romanorum absolutione legali.

d. 4 Julii. – Convocatio Universitatis ad postulationem Episcopi Cracov. causa tranquillitatis publicae et boni communis Universitatis. In eadem convocatione Professores omnium facultatum salariati et extranei erant 61. Studiosi erant supra 2000 cum admiratione Episcopi.

d. 6 Julii. – Episcopus Crac. Miskowski palatinum Cracov. Zborowski in Pramnik prandio excepit.

d. 9 Julii. – Convocatio Seniorum Bursarum et Scholarum cum ternis studiosis ad Rectoris habitationem facta et exhortationes ad tranquillitatem conservandam habitae sub poena arbitria in delinquentes.

d. 11 Julii. – Convocatio Universitatis ad Breve Summi Pontificis et exhortationes nomine Sanctitatis suae per Brzeznicki Canonicum ecclesiae cathedralis Posnan. excipiendas.

d. 13 Julii. – Pater Possevinus Jesuita concionatus est Italice in templo S. Barbarae, praesentibus duobus Nuntiis Apostolicis, altero decedente, altero succedente, et praesente Episcopo Cracoviensi ac multis Italis.

d. 18 Julii. – Tumultum circa funus Strzalina ad templum S. Francisci imber compescuit. Volebant enim Haeretici violenter eandem sepelire in templo: sed postea fuga sibi consuluerant, tempestate ipsos adiuvante.

d. 16 Septembris. – Episcopus Cracov. colaphisavit manu propria Brzechwam in sua curia, praesente Abbate Tinecensi patruo ipsius; sed reconciliatio postea subsecuta.

d. 11 Septembris. – Despectus Legato Caligario illatus ante Clepardiam per invasionem nobilis cuiusdam Plaza de Ksiezpiechowicze qui sequenti anno occisus est.

1578 d. 1 Octobris. – Convocatio cleri Piotrcoviae habita ad eligen=dos iudices spirituales pro tribunali et stipendium ipsis consig=nandum. D. Martinus Pilznensis Canonicus Crac. nomine venerab. Capituli Cracov. ad congregationem cleri Piotrcoviam nuntius missus.

d. 14 Octobris. – Stephanus Rex Leopoli rediens Cracoviam ingres=sus; d. 15 per D. Martinum Pilznensem Rectorem ab Universita=te exceptus in secreto ipsius conclavi, paucis Doctoribus, Magis=tris et Studiosis intromissis. Erat frequens Senatorum numerus tunc cum Rege.

d. 21 Octobris. – Terminus Universitati assignatus coram Rege de Brog et damnis in ipsius depopulatione ab haereticis per=pessis, quae contra veritatem aestimabant ad 20000. Tractaba=tur negotium hoc decem diebus, multa comminiscentibus haereti=cis; sed non erant eorum testimonia convenientia; frigide suum negotium informabant. Rector Jacobus Gorski cum Martino Pilznen=si Rectore praecedente, calumnias ipsorum Regiae Maiestati detegebant, mendaciorum arguebant, et Regi atque Senatoribus risui propinandos exponebant; et ex nihilo nihil fuit, gratia Dei et favore Regis.

d. 1 Novembris. – Legatus Sedis Apostolicae Joannes Andreas Cali=gerius ex periculosa valetudine sumptis viribus, primum Regem salutavit; d. 2. apud Regem audientiam benignam habuit.

d. 3 Novembris. – Rex Niepolomicium discessit, absolutis caeremoniis devote die Animarum.

d. 5 Novembris. – Moscorum 5000 caesa.

d. 27 Novembris. – D. Martino Pilznensi praesidente et M. Stanislao Marennio disputationem theologicam sustinente, Regia Maiestas cum Senatoribus eandem diligenter et patien=ter quatuor horis audivit et contentus fuit.

d. 29 Novembris. – Episcopus Cuiaviensis Stanislaus Karnkowski Cracoviam venit ad Convocationem.

d. 1 Decembris. – Convocatio Senatorum incepit consultationem propter quam erat facta.

d. 3 Decembr. – M. Alexander Wziekunski Archidiaconus Sandecensis intestatus defunctus, cui in Archidiaconatu successit d. Galcinski Canonicus Crac.

65

1578 d. 7 Decembris. — D. Martinus Piotrcoviensis medicus defunctus ex contentionibus litigiosis.

d. 9 Decembris. — Moscorum nuntius admissus in praesentiam Regis et Senatorum, nihil voluit dicere aut facere, priusquam Rex assurexisset et caput aperuisset. Dum hoc facere Rex noluit, remissus est in hospitium et d. 11 amandatus Grodna, ut ibi expectaret adventum Regis et expeditionem suam.

d. 14 Decembris. — Quidam Mgr. Gabriel Krzizanowski actu presbyter descivit ab Ecclesia catholica ad Brog, egestate et delirio inductus.

d. 19 Decembris. — Totius Universitatis omnium facultatum Professores fecerunt confessionem catholicae fidei et iurarunt in manibus Nuntii Sedis Apostolicae Joannis Andreae Caligarii de servandis.

d. 23 Decembris. — De Czeczotka iudicium Regis et Senatorum.

d. 31 Decembris. — Rex Stephanus Cracovia discessit Warsaviam.

1579 d. 2 Januarii. — Rex Stephanus per magn. Cancellarium Regni Joannem Zamoiski singularem patronum Universitatis donavit eidem Universitati Cracoviensi iuspatronatus Praepositurae ecclesiae S. Floriani in profectum utinam feliciter et adoptatam iamdiutius finem.

d. 5 Januarii. — Tumultus Studiosorum contra Camerarios regios propter vulneratum ab ipsis studiosum; sed statim sopitus Patrum prudentia.

d. 30 Januarii. — Rex Stephanus discessit Warssavia Lithuaniam.

d. 13 Februarii. — M. Valentinus Vidavius electus Concionator ad ecclesiam BOSS.

d. 15 Februarii. — Doctoris Jacobi Craina copula matrimonialis cum nepte Doctoris olim Joannis Leopoliensis.

d. 16 Martii. — Erasmus Mikenski Canonicus Cracov. dives defunctus.

d. 24 Martii. — Literae Romam ad Urzedovium cum aureis 10 ad causam Martinianam.

d. 26 Martii. — D. Martinus Pilznensis praesidente M. Stanislao Marenius pro adimplendo cursu secundo disputavit.

d. 1 Aprilis. (dopisano później inną ręką: die stultorum). — Jesuitae Cracoviam venerunt tanquam exploratores de alveo apibus suis ipsos subsecuturis stabiliendo.

1579 d. 5 Aprilis. – Jesuita concionatus Italice primum in templo S. Mathiae.
d. 6 Aprilis. – Promotio Baccalaureorum in Philosophia 10, praemissa confessione fidei, praesentibus Jesuitis et Secretario Regis Suetiae.
d. 8 Aprilis. – Disputatio M. Martini Clodaviensis, praesidente d. Stanislao Pincevio, ratione cursus.
d. 28 Aprilis. – Sepultura d. Nicolai Stadnizki.
d. 6 Maii. – Compromissum ad concordiam cum D. Zdbynski Scholastico in causa Martiniana.
d. 21 Maii. – Rev. D. Cromerus coadiutor episcopatus Warmiensis misit placentam piperatam Torunensem.
d. 23 Maii. – Jesuitas tractavi cum plebano Pilenensi.
d. 11 Junii. – In Zator ad iudicia terrestria cum D. Petro, de Skawcze (profectus sum).
d. 1 Julii. – Rex Stephanus contra Moscum Wilna primum castra movit.
d. 27 Julii. – Interdictum in castris Regiis de novitatibus scribendis, nisi patentibus literis, sub poena capitis. – Fr. Josephus Urzędovius Romam discessit.
d. 13 Augusti. – In Collegio Juristarum peculatus effractis armariis et cistis in thesauro.
d. 14 Augusti. – Scrutinium et iuramentum singulorum.
d. 1 Septembris. – Nuntium primum de obitu illustr. Cardinalis Hosii Poloni.
d. 12 Septembris. – In Pabianice ad triennalem revisionem bonorum et proventuum discessi.
d. 22 Septembris. – Rev. olim D. Petrus Posnaniensis defunctus.
d. 1.2.3.4.5. Octobris. – Ex pecunia rev. olim D. Petri Posnaniensis executores testamenti in Collegio maiori, in Arce, in Kleparz confluentibus pauperibus, inopibus artificibus, eleemosynam distribuerunt 2560 floren. in moneta, auro, talaris. – Martinus Fox Vicerector Universitatis.
d. 8 Octobris. – D. Stanislaus Socolovius per Universitatem praesentatus ad Praeposituram S. Floriani; d. 13 Octobris possessionem in ecclesiam et villam accepit per procuratorem.
d. 21 Octobris. – Prima nix, et d. 22 primum gelu.

1579 d. 4 Decembris. – Pro comparandis halecibus ad Scholam cathedralem, ex pecunias rev. D. Petri Posnaniensis executores florenos 300, pro sustentatione sanctuariorum tempore Quadragesimae florenos 100 dederunt.

1580 d. 19 Febru~~Januarii~~. – D. (Jacobus) Montanus † Canonicus Cracov. et procurator Capituli defunctus nocte sequenti. Procurator electus D. Martinus Pilznensis Canonicus Cracov.

d. 1 Martii. – Scrutinium de furto ablatis 600 aureis D. Montano dum agonizaret, sed frustra.

d. 1 Maii. – Per totam aestatem et fere totum autumnum per universam Europam quaedam lues in singulos homines grassabatur; morbus hic medicis incognitus fuit, febrim indicabat, plurimos absumebat, plurimi ex eodem sed transacto mense uno aut duobus convalescebant. In foro, in plateis multi morbo infecti iacebant aegrotantes.

d. 12 Maii. – Lublini sub nundinis Pentecostes homines tam domestici quam advenae ex lue in foro, in plateis, in domibus passim febricitantes iacebant. Brevi tamen plurimi convalescebant. Imbelles complexione moriebantur.

d. 28 Maii. – Pro pauperibus ex lue curandis ad pharmaca Apothecario ultra ordinarias expensas persoluti ex pecunia rev. olim D. Petri Posnaniensis 28 flor. per totam fere aestatem.

d. 1. 2. 3. 4. 5. Junii. – D. Martinus Pilznensis ex eadem lue infirmabatur; evasit periculum Kadzidlem wienczowem warzonem.

d. 1 Julii. – Lues infectiva sumpsit vires ad magis saeviendum.

d. 6 Octobris. – Triumphus, Te Deum laudamus ex omnibus ecclesiis in ecclesia cathedrali, capta Wielkie Luki.

d. 9 Octobris. – Cives Cracovienses veriti tumultum noctu Dominico Die ante auroram immediate triumphabant.

d. 13 Octobris. – Cometes primum conspectus hora 2 noctis.

d. 19 Octobris. – Stanislaus Bogusz Trideista defunctus.

d. 4 Decembris. – Czeżotka per Streniawam baculatus Cracoviae.

d. 8 Decembris. – Grodeczki similiter baculatus Clepardiae per Stadniczki.

d. 12 Decembris. – Studiosi carceres fregerunt Casimiriae et Baccalaureum incarceratum acceperunt.

1581 d. 9 Januarii. – D. Martinus Pilznensis Notario Thesauri regii contributionem collectae dedit iussu regio literali 8000 flor.

d. 10 Januarii. – D. Ponetowski dapifer Siradiensis misit mihi ferinas carnes cervi et dorcam integram, duo vascula alterum vini, alterum malmatici.

d. 14 Januarii. – Stadnicki invasit domum D. Pontificii.

d. 15 Januarii noctis interfectus homo ante stabulum regium, Torba tantum in eo scissa, vestitu integro relicto.

d. 19 Januarii. – Evangelicorum turba apud Rectorem, accusabant nullum nihil obtinuerunt.

d. 31 Januarii. – Hora 5 noctis invasit Stadnicki Bursas Hierusalem et Philosophorum, et d. 1 Februarii, Gadomski Baccalaureus ex bomberda interfectus per Stadnicki in platea Castrensi.

d. 18 Martii. – D. Antonius (Schneberger) Tigurinus defunctus nocte sequenti; die 22 sepultus ad B. Virginem.

d. 3 Aprilis. – rev. Jacobus Uchanski archiep. Gnesn. defunctus hora 5 noctis sequentis.

d. 12 Maii. – Rumor vanus de morte repentina episcopi Cracov.

d. 27 Maii. – Conventus in praetorio omnium ordinum propter scholarem de schola S. Floriani incorporatum, ubi Rector Pilznensis se praestitit virum et opposuit contra palatinum et capitaneum Cracov. Iborowski.

d. 1 Junii. m. d. (Joannes) Kostka palatinus Sandomirien. defunctus.

d. 16 Augusti. – Ex schola Omnium Sanctorum studiosi duo captivati per lictores civiles in celario hora noctis 5 circa homicidium.

d. 17 Augusti. – Conventus Ordinum omnium in praetorio, quia ibidem Rector D. Picus praesens adesse noluit, sed per internuntios ignominiose tractatus toties repetito Lysakusz.

d. 18 Augusti. – Scrutinium in Collegio Maiori in magna frequentia nobilitatis.

d. 24 Augusti. – Allata est Simoni Lugowski per Cubicularios Maiestatis Regiae nominatio ad episcopatum Premisliensem intra prandium.

d. 11 Septembris. – In curia episcopi Cracov. celebrata est convocatio totius cleri dioecesis Cracov. pro eligendis iudicibus Tribunalis futuri ad causas spiritualium iudicandas. Tunc Episcopus Cracov. propter acceptam medicinam non interfuit; nullus Abbatum atque Praepositorum per se venit, sed per nuntios; ex Capitulo Cracov. tantum interfuerunt 8.

1581 d. 15 Septembris. – Celebrata est votiva solenniter per omnium ecclesiarum sacerdotes et scholares in ecclesia cathedrali pro felicioribus successibus Regiae Majestatis, tanta frequentia ut templum capere non posset homines; igitur scholastici exclusi templo in coemiterium et circumcirca vociferabantur.

d. 3 Octobris. – Stanislao Socolovio Praeposito S. Floriani dati mutuo flor. 64½ pro emendis candelabris argenteis ad ecclesiam S. Floriani legandis.

d. 12 Octobris. – Venerab. Stanislao Grucio Pilznensi Cracoviam venienti tal. 6 dati.

d. 13 Octobris. – Magn. Valentinus Dębienski castellanus Cracov. inductus scripto incerto de capta Plescovia, ante domum suam lapideam in foro Antiquario fecit celebrari caeremonias triumphi. Fex populi voluit incendere macella laniaria, nisi removerent lanii schalis ad tecta appositis ignem proiectum in ardentibus ticionibus. Absumptis lignis igne, et cerevisia ipsis exposita per tumultum iverunt ad Acervum haereticorum, impetum faciunt, quem mirabatur eminus quidam braseator, et ibidem ictu bombardae in fronte occisus. Ex triumpho non necessario et vanitas et homicidium subsecuta. Eandem vanitatem imitati sunt D. Jacobus Gorski ante Collegium Jurisperitorum et D. Christopherus Podoski cum D. Sbigneo Zidkowski Canonici Cracov. in platea Canonicali.

d. 12 Novembris. – D. Martinus Pilznensis excepit venerabile Capitulum Cracoviense ansere Martiniano. Circa anserem bene praeparatum legit lectionem et disputationem habuit D. Urceollus. Ad lectionem et disputationem ipsius super conclusionibus septem attentissimi erant auditores arido palato, lingua sitiente, mente hilari.

d. 13 Novembris. – d. magn. Joanni Komorowski de Zywiecz pocillatori S. Reginalis Mai. mutuo dati super bono pignore argenteo 160 taleri antiqui, per 35 gros. – Redemptum pignus d. 19 Decembris.

d. 14 Novembris. – Sub horam 22 usque ad 2 noctis, ventus validus fere a meridie ex monte Carpato exsurgens multa intulit in dioecesi Premisliensi damna et plurimos incussit terrores. In aula episcopi Premislien. aedificia tecti deiecit. In oppido Jaczmierz vix aliquot domus integra reliquit. Krossnae turrim lapideam templi, domos et multa alia perturbavit; in Sanok, Lesko similiter. In pagis et curiis nobilium valde grassabatur. In plebe magnus fuit planctus et ululatus: quoniam tempore eiusdem venti turbo tantus excitabatur, ut homines trementes fugerent in declíviora loca, quoniam non erat integrum in publicum prodire ob densissimam iaculationem et ictus tegularum atque lignorum. A memoria hominum nec visum, nec auditum.

1581 d. 25 Novembris. – Florianus Italus Apotecarius defunctus.

d. 1 Decembris. – Studiosi impetum fecerunt in praetorium per armatos Bacca=laureos et studiosos, vulnerati.

d. 3 Decembris. – Apud rev. Archidiaconum Crac. Bistardo tracta=tus sum.

d. 7 Decembris. – Ex testamento olim Petri Posnaniensis Canonici Crac. comparata pro ecclesia cathedrali Crac. cappa ex altembass, cum insigniis praefati Doctoris, in clipeo eiusdem cappae est affabre auro et argento serico depictus S. Stanislaus; tota cappa constat 164 flor. 12 gros. Similiter comparatum Antependium, Ornatus, Dal=maticae de Kamcha celestini et glauci coloris; item Facelet srebro=glowowy, ornat złotoglowowy etc.

d. 13 Decembris. – Mathias Pelca ex bombarda occisus in Strzel=nicza per Martinum Załoga; erat homo versipelis et religionis vel suspectae vel nullius.

d. 20 Decembris. – Magn. D. Andreas Thenczinski antea palatinus Belzensis, in Palatinatum Cracov. ingressus Cracoviam hora 21 praeequitante frequentissima nobilitate et comitantibus d. palatino Siradien. Laski, castellano Biecensi Firley; divertit in domum canonicalem magnam, quam tunc possidebat rev. d. Paulus Dembski Canonicus Crac. et ibidem die Stephani (26 Decemb.) to=tum Capitulum Cracov. prandio lauto et iucundo excepit.

d. 23 Decembris. – Gelu intensissimum cum vento orientali continua=tur absque remissione usque in finem anni.

1582 d. 14 Januarii. – Civitas clausa propter invasionem domus rev. d. Alberti d. Brodzinski. – cubicul. Crac. Electio Consulum Cracov. per Palatinum Cracov.

d. 23 Februarii. – rev. Paulus Goslizki primitias celebravit in ecclesia cathedr. Cracov.

d. 26 Februarii. – Zupparius Lubomirski solennia baptismalia celebravit.

d. 19 Martii. – Te Deum laudamus solenniter cantatum in ecclesia cathedrali convocatis omnibus parochialibus et conventualibus processionatim, pro inita pace cum Moscho. D. Martinus Pilznensis concionabatur.

d. 26 Martii. – Apud D. Plaza plebanum S. Stephani pransum cum 8 Jesuitis.

d. 13 Maii. – Convivium Secretarii regii Ferenz Cracoviae cum Bekiessowa contrahente solenniter celebratum.

d. 18 Maii. – Facta est ruina magna et periculosissima in Wieliczka, quae absorpsit domos et lapideas et Zuppae domicilia labefactavit.

d. 22 Junii. – rev. Jacobus Plomikowski canonicus Crac. defunctus ex apoplexia subito.

68

1582 d. 9 Julii. – Templum in Wawrzenczice ictum fulmine.
d. 11 Julii. – Turris furum in castro icta fulmine in ortu solis.
d. 15 Augusti. – Nocte sequenti Albertus Woyass de Pabianicze Studiosus Universitatis in Schola S. Joannis manens, qui eadem die communicavit ex lapidea d. Morski ictu bombardae iam dormiens in lecto interfectus est. De nece ista erat gravis tragoedia. Satisfactio talis subsecuta: Primo pro capite occiso datae marcae 30; Secundo: impensarum litis et sepulturae marc. 30; Tertio: famulus insimulatus caedis, a templo S. Joannis per totum forum Cracoviae tempore nundinarum in maxima frequentia hominum domesticorum et externorum usque ad templum SS. Trinitatis secutus est feretrum defuncti solus in caputio nigro, portans bombardam longam in humero sinistro. Sic caputiatus et cum eadem bombarda in humero sita stabat in valvis templi per totum officium funebrale. Postremo dum defuncti corpus cum feretro portandum iam esset in locum sepulchri, accessit ad feretrum et talem sui proclamationem publicam fecit: Ego Georgius Berka tanquam fidelis Christianus recognosco, me effudisse innocentem sanguinem huius studiosi per me imprudenter exoneratione bombardae interfecti. Deum rogo, ut pro misericordia sua mihi ignoscere dignetur hoc peccatum, et vos omnes circumstantes rogo, ut me orationibus vestris iuvetis propter obtinenda misericordia divina. Quibus finitis suscepit in crastino carceres in turri nobilium primo superius propter infirmitatem, unius quartalis; deinde in fundo eiusdem turris etiam unius quartalis cum imprecatione gratiae diminutionis carceris. – D. 26 Septembris erat sepultura solemnis studiosi in Schola S. Joannis interfecti.
d. 4 Octobris. – Conventus Regni generalis Varsaviae inceptus inaniter: de modo eligendi Regem sub interregno, et de compositione inter dissidentes in religione.
d. 5 Octobris. – Novo Calendario perpetuo Gregoriano hi dies decem adempti ad correctionem Calendarii in futurum: D. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. Octobris.
d. 6 Octobris. – Primum ningit cum pluvia et d. 7 Octobris primum gelu.

1582 d. 7 Octobris, qui fuit Dominica. – Rev. d. Nicolaus Narebski
pater filiorum et filiarum coniugatorum consecratus Abbas Sen=
decensis in ecclesia S. Trinitatis. – Eadem die magn. Valentinus
Dembinski castellanus Cracov. delirus senex in conciliabulo
Acervi baptisavit puerum Doctori Czimerman temerario haere=
tico. Reprehensus a Doctore Martino Pilznensi circa prandium
praefati Abbatis obticuit, et postea quaestiones proponebat,
sed facile refutabatur. Tandem conclusit, uxorem sibi prohibuis=
se, ne plura diceret.
Die 7 Octobris noctis sequentis quidam nobilis Rayski Cra=
coviam veniens, ante hospitium urinam reddens, a nebuloni=
bus vulneratus semivivus relictus. Comprehensi reservantur
donec recuperet valetudinem vulneratus.
Die 7 Octobris. – Stanislaus Grott Medicinae Doctor hora noctis
sequentis septima per invasionem hospitii ipsius cum gladiis,
facibus, frameis, bombardis, fustibus dum ex dormitorio et
lectulo correptus in superiorem partem hospitii fugeret, ut
fracto tecto in vicinam domum ex camera nali descenderet, ibidem
baculi ictu manus ipsius, qua se protegebat, fracta, pectus
baculo contusum dum prostratus in canali iaceret, tandem
ex canali deiectus in lythostratum plateae Judaicae retro
S. Stephanum, domino manum supponente in casu usque adeo
violento vivus permansit. Adiuvantibus ipsum famulis 4
nobilis Jacobi Dembienski ex opposito interim diversantis,
qui prosiluerant hospitio audito vehementi strepitu. Sump=
tis intempesta nocte Sacramentis poenitentiae et eucharistiae,
postridie coram officio civili fecit testamentum, caedis suae
~~ato~~ autores nominavit nobiles Florianum Podoski et soro=
rinum ipsius Mlodzianowski. Executores testamenti nomi=
navit magn. d. Castellanum Sandomiriensem de Tarnow, rev.
d. Przerębski Praepositum Cracov. et Magnum Procuratorem
Castri Cracov. Omnia fere bona sua et causam ipsi Floriano
Podoski intentatam magnif. eidem Castellano Sandomirien. Clau=
sa civitate horis 15, non reperti, tandem fuga saluti suae consuluerunt.
d. 23 Octobris et deinceps venti validissimi sylvas, domos, tecta vastaverunt.
d. 27 Octobris. – Tonat, coruscat praeter morem, grandinat quoque in qualitate
ovi columbini.

1582 d. 17 Decembris. – Stephanus Batoreus rex ~~Poloniae~~ Cracoviam Warssavia solenniter ingressus, d. 19 Decembris salutatus per Universitatem post Summam quia fuit dies Dominica; d. 20 discessit ad Niepolomicensem venationem.

d. 25 Decembris Natalis Domini totus Ordo divini officii fuit deordinatus. Ad matutinas preces pulsatum hora 12a ita iubente Rege et assentiente Episcopo. Missa quae appellatur in Galli cantu, cantabatur in aurora, cui successit Prima et Tertia. Post ortum solis cantabatur Missa appellata in aurora cum Sexta; nam praetermissa Missa matura de B. Virgine, loco Maturae silentium fuit propter expectatum Regem dormientem duabus propemodum horis. Summa Missa incepit hora 18 cum concione prolixa Jesuitae Laterna latine habita, continuata circiter horam 20. Prandebat apud rev. Petrum Myszkowski Episcopum Cracov. totum Capitulum. Surreximus a mensa post horam 21, expectavimus Regem post 22, quo veniente ad Vesperas, easdem cum Completorio continuavimus post horam 24.

d. 26 Decembris. – Concio sacra non est habita in ecclesia cathedrali ne tempus extraheretur propter Stephanalia Regis commodius celebranda. – Rex sub Stephanalibus tunc celebratis, bedellos Universitatis strenantes benevole suscepit, potavit et florenis 10 locupletavit. – Simon Lugowski Praepositus Miechovien. nominatus Premisliensis, vixit senatorie.

1583 d. 1 Januarii. – Hactenus hyems nulla propemodum fuit.

d. 7 Januarii. – Rex venabatur in sylva Withkowice praestimonii et ibidem prandebat in curia apud regentem D. Jacobum Milewski Suffraganeum Cracov. Quoniam vero ibidem venabatur pridie rev. Albertus Ninynski Canonicus et Vicarius generalis Cracov., ideoque Rex nihil capere potuit; indignatus inhibuit per medium Episcopi Cracov. Capitularibus venationem.

d. 17 Januarii. – Rex Niepolomicium discessit.

d. 21 Januarii. – Magn. Cancellarius Regni, Capitaneus Crac. Imperator exercituum Regni Cracovia contra Tartaros incursuros Regnum discessit Leopolim.

d. 23 Januarii. – Rev. Simon Lugowski Praepositus Miechovien. primus intrusus, nominatus Episcopus Premisliensis dum per totum biennium approbationem Sedis Apostolicae ad eundem Episcopatum obtinere non potuit, etiam Rege et Cancellario Regni diligentes solicitantibus, podagra, chiragra, francagra et tabie demolitus, hora 4 noctis sequentis occubuit apoplexia, sepultus d. 25 Februarii in ecclesia S. Hedvigis in Stradomia.

1583 d. 25 Januarii. – Hyems incepit.

d. 28 Januarii. – D. Joannes Borukowski Vicecancellarius Regni nominatus est episcopus Premisliensis: quamvis autem Vicecancellarius d. Cancellario assignavit donativum flor. 8000 ex proventibus eiusdem Episcopatus sede vacante collectos.

d. 11 Februarii. – Rev. d. Hieronymus Garwaski cancellarius Gnesnen. Cracov. Plocen. Canonicus vita functus.

Fr. Societatis Jesu Christi .... Antichristi cum Universitate circiter septimam diem magnam controversiam habuerunt coram Legato Summi Pontificis, coram Episcopo Cracov. et coram Rege de non aperienda Schola et non erigendo Collegio. Promiserunt ipsimet et seren. Rex, cum rev. Legato nomine ipsorum eadem ipsos hic Cracoviae nunquam facturos in praeiudicium Universitatis et Seminariorum circa omnes ecclesias in Scholis antiquitus locatorum. Si promissis steterint nos et tempus docebit. Accepto templo S. Barbarae in possessionem aqua solito more exorcisata et benedicta hoc ipsum templum olim profanatum consecratione Episcopi catholici lustrarunt cum magno Christi fidelium recte sentientium scandalo. Lustratione et expiatione tali facta cecinerunt Te Deum laudamus.

d. 1 et 2 Martii. – Celebrata est electio Praepositi Miechoviensis satis contentiose. Tandem ad instantiam Regis et solicitationem Episcopi Crac. Petri Myszkowski, est electus Praepositus Andreas Batori, nepos Stephani Regis Poloniae, scholaris Collegii Jesuitarum Pultoviensis, citra professionem monasticam et citra habitum et praeter ordinationem sacerdotalem.

d. 5 Martii. – Coexecutores olim Simonis Lugowski nominati Premislien. donaverunt mihi pro laboribus in sepultura, cantaros argenteos, alterum mediae ollae, alterum unius quartae intus et extra deauratos.

d. 19 Martii. – Episcopus Wratislaviensis Martinus Gerstman misit mihi numisma aureum cum sua effigie pondo aureorum 6 et orth.

d. 23 Martii. – Cancellarius Regni discedentibus Tartaris ex finibus Regni Cracoviam venit.

d. 1 Aprilis. – Rex Niepolomicio Cracoviam rediit exiguo comitatu.

d. 1 Maii. – Nuntium ex rumore publicatum de morte Henrici Galliarum et Poloniae regis.

d. 2 Maii. – De qua typis excusum est Judicium sine iudicio Rogalii finem mundi ex eadem prognosticantis.

d. 19 Maii ipso die Ascensionis Domini. – Zbigneus Ziolkowski Canonicus Cracov. antiquus dierum, extremam diem clausit.

d. 22 Maii. – Joannes Borukowski Regni Poloniae Vicecancellarius, Episcopus Premislien. consecratus in ecclesia S. Francisci per Legatum Summi Pontificis Missam

celebrantem, assistente illi Episcopo Camenecensi et Suffraganeo Cracov.

1583 d. 28 Maii. – rev. Andreas Batori Praepositus Miechovien. extraordinarie electus Cracoviam venit ex Miechow, pernoctatus in Michalowice, et ingressus in Castrum Cracov. hora 14.

d. 4 Junii. – Seren. Regina Poloniae Anna Jagiellonia Warssavia Cracoviam ingressa magno totius Curiae Regis comitatu: valetudine per mortem iam conclamata, rediviva, sed tamen aegra, et d. 6 eadem Ser. Regina per Universitatem excepta Rectoris oratione

d. 6 Junii. – Cracoviam ex Transylvania magno comitatu Polonorum et Ungarorum ingressa est neptis Stephani Regis Poloniae nuptura Joanni Zamojski Regni Poloniae Cancellario et Supremo Campiductore.

d. 9 Junii ipso die Corporis Christi rev. olim Albertus Ninynski Canonicus, Vicarius et Officialis generalis Cracov. Archipresbyter ecclesiae B. Mariae V. vir bene doctus et Ecclesiae utilis nisi Venere et venatione plus nimium fuisset assiduo ocupatus, diem extremum clausit; – d. 15 sepultus in templo B. Mariae V.

d. 12 Junii. – Rev. Episcopus Camenecensis Abbas Mogilensis (Bialobrzeski) matrimonio copulavit in aula Castri Cancellarium Catholicum et neptem regiam Arrianam in maxima frequentia Senatorum et nobilitatis Polonorum, Ungarorum.

d. 15 Junii. – Jacobus Gorski Archidiaconus Gnesnen. Cracov. Ploczen. Canonicus introductus in ecclesiam B. Mariae V. praesentatus a S. Reg. Maiest. ad Archipresbyteratum, per procuratorem absens.

d. 17 Junii. – Doctor Medicinae Ragusinus (Thomas Natalens) Graecus natione, educatione, conversatione, nullis productis testimoniis depositi schismatis, nec ordinum minorum acceptione, aut sacramentorum in ecclesia latina participatione, ad praesentationem Episcopi Cracoviensis Petri Myszkowski et tam ipsius quam episcoporum suorum magna contentione, Canonicus susceptus cum omnium admiratione et plurimorum reprehensione: cum antea vix duabus hebdomadis adhaeserit ipsi episcopo nomine et titulo Medici.

d. 1 Julii. – Hoc toto mense siccitas intensa frugibus omnibus, maxime tamen aestivalibus sterilitatem induxit.

d. 1 Novembris. – Rumor de invasione Scytarum sed vanus. Die Omnium Sanctorum a prandio Rex discessit Niepolomicium venationis causa, Episcopo interim dormitante nec retinente ipsum propter exemplum.

Toto hoc anno currente magna facta est vis libertati ecclesiasticae et privilegiis monasticis atque Universitatis. Olim Petrus Wyss Episcopus Cracov. per Hussitas evexit, nunc Petrus Myss Episcopus Cracov. per Jesuitas destruxit Universitatem Cracovien. cuius olim alumnus fuit, nunc Cancellarius. – Abbatia Sulejoviensis opera et magna contentione Archiepiscopi

per Maiestatem Regiam concessa est Dålmatae, Capellano regio valde ambitioso, sacerdoti quidem, sed non professo: exturbato professo Joanne Ostrowski priore eiusdem Conventus, electo Abbate ex unanimi consensu patrum et fratrum monasterii et regulae eiusdem. — Praepositura Corporis Christi Casimiriae Fratrum Canonicorum regularium, accedente consensu regio per rever. Episcopum Cracov. concessa est Stanislao Maniezki Posnaniensi, Notario Episcopi laico, qui ante mortem Praepositi loci illius die tertio, professionem in manibus Prioris fecit et postea successive sacros ordines suscepit. — Abbatia S. Crucis in Monte Calvo per rev. Episcopum Cracov. concessa est laico Kilanowski, qui fecit quidem professionem, sed habitum et sacros ordines iam fere anno ab ista professione elapso nondum suscepit. Rex, quoniam sine ipsius approbatione hoc factum fuerat, vocaverat in dubium; postea victus multorum instantiis, ad electionem novam procedere mandavit, et eundem electum confirmavit. — Praepositura Miechoviensis ad instantiam sollicitam sereniss. Regis, et rev. Episcopi Cracov. studium vehemens in gratiam Regis, commissa est illustri Andreae Batori nepoti regio adhuc iuveni. Qui existens scholaris fratrum Jesuitarum Pultoviensium, non interfuit praesens electioni. Electus professionem non fecit, habitum non suscepit, neque facere aut suscipere vult, imo neque promoveri intendit ad sacros ordines: dum toties Regiae Maiestati animum suum declaravit, se nolle esse spiritualem sed secularem. — Abbatia Sandecensis concessa est ad sollicitationem rev. Episcopi Cracov. rever. d. Jacobo Milewski Suffraganeo Cracov. tenenda per commendam loco dotis Suffraganeatus ipsi ademptae pro fisco episcopali. — Ecclesia S. Barbarae in caemiterio B. Virginis in Circulo Cracov. sita, ad instantiam Legati Apostolici Alberti Bolognetti et Antonii Possevini Jesuitae apud seren. Regem, Episcopum Cracov. et Cancellarium Regni concessa est hominibus barbaris, fratribus Jesuitis, exclusis inde mansionariis, altaristis, concionatore Germanico, Fraternitate literatorum, Organis et tota supellectili ecclesiastica contra mentem et intentionem fundatorum. — Ecclesia S. Adalberti in Circulo Cracov. parum abfuit, quin in gratiam Jesuitarum erepta fuisset Universitati, penes quam est ius patronatus eiusdem

ecclesiae. Intrudi enim ceperant in eandem ecclesiam Literati de ecclesia S. Barbarae exturbati, non requisita Universitate nec ullis conditionibus interpositis pro incolumitate eiusdem Jus patronatus: quod postea utique factum est vigilantia et diligentia Patrum.

1584 d. 1 Januarii. – Hoc mense irrupuerunt Scythae, Valachi, mixtis Turcis in Podoliam, quorum 50 per Capitaneum Szniatynensem captivati, omnes suspendio vitam finiverunt.

d. 11 Januarii. – Magn. Joan. Zamoiski Cancellarius Regni et Supremus Regni Exercituum Magister Cracoviam ingressus comitatu regio simili.

d. 10 Januarii. – Inundatio Vistulae supra modum solitum et ripas valde superans, cum gelu intensissimo etiamsi nivoso, duravit ad diem 21 sub noctem sequentem.

d. 15 Januarii. – Nuptiae celebrantur apud Custodem Cracov. in elocanda sororina viricida.

d. 21 Januarii. – Resolutio hiemis intensae celerrima.

d. 23 Januarii. – Magn. Cancellarius Regni Cracovia discessit, dimissis Hayducis castrensibus ad postulationem importunam Nobilitatis.

d. 9 Februarii. – Itali portitores capellorum Cardinalium rev. Episcopo Vilnensi (Georgio Radziwił) et Nuntio Apostolico (Bolognetti ?) in Lithuania tunc ad aulam regiam ..... cum literis ad Maiestatem Reginalem a Summo Pontifice datis, exhibuerunt capellos et bireta, si prudenter iudicent alii: nam Regina hoc leviter duxit.

d. 10 Februarii. – Christinus Drozdowski Canonicus Cracov. ex hydrope defunctus.

d. 11 Februarii. – Nocturnus spoliator ante portam arcis plexus et caput eius palo infixum ibidem ad declarandum ipsius scelus.

d. 8 Aprilis. – Seren. Regina Anna apud Bernardinos in Stradomia devotionem in primitiis sacerdotis peregit.

d. 9 Aprilis. – Eadem Regina Anna devotionem expedivit in templo B. Virginis. Pransit apud Magnif. (Valentinum Dembiński) Castellanum Cracov.; coenabat apud Italum Sebastianum Montelupi.

d. 24 Aprilis. – Reelectio Rectoris D. Martini Glicii Pilznensis tunc praesente Anna Jagiellonia in ecclesia S. Annae, quam Rector invitavit in Collegium maius et ientaculo eleganti apposito, totam Curiam sufficienter tractavit et Reginam exhilaravit.

1584 d. 27 Aprilis. – Regina Anna Jagiellonia gratam habens sui honorificentissimam susceptionem in Collegio maiori, pignus aureum fialae elegantis pondo 134 aureorum Collegii Majoris Communitati donavit.
d. 2 Maii. – Ser. Regina Cracovia discessit Warszoviam cum promissis munificentissimis Universitati praestandis.
d. 7 Maii. – Moscorum Principis mors primum nuntiata.
d. 11 Maii. – Noctis sequentis sub aurora captivatus Samuel Zborowski in Piekari per Urowieczki vicecapitaneum Cracov. ex mandato Joannis Zamoiski Cancellarii et Capitanei Cracovien.
d. 12 Maii. – Inquisitio Cracoviae Cancellarii cum captivo Samuele.
d. 18 Maii. – Rev. d. Lucas Podoski Canonicus Crac. hora 10 defunctus, die 23 Maii sepultus.
d. 19 Maii. – Episcopus Cracoviensis Cracoviam venit.
d. 21 Maii. – Instructio Regia de Samuele plectendo supervenit.
d. 26 Maii. – Samuel Zborowski capite plexus hora 7 ante ianuam castrensem.
d. 1 Junii. – Novi Magistratus Castrenses creati omnes Catholici per Capitaneum catholicum, explosi haeretici.
d. 2 Junii. – Cancellarius discessit Cracovia in Russiam.
d. 25 Junii. – Fulmen in lapideam Leonis grisei.
d. 29 Julii. – Tumultus circa praetorium propter comprehensum studiosum ad praetorium.
d. 2 Augusti. – Consulum Cracoviensium cum studiosis actio tumultuaria apud Rectorem.
d. 10 Augusti. – Exonerata bombarda ante ostium praetorii. Rector Martinus Glicius Pilznensis exivit ex platea Fratrum Circum Cracoviensem.
d. 13 Augusti. – Senatus Cracoviensis nuntii ad Rectorem: 4 Consules et 6 ex tota communitate Cracovien. occasione tumultus, petendae iustitiae et in posterum tranquillitati publicae prospiciendae.
d. 26 Augusti. – Petrus Tylicki assumptus in Canonicatum cathedr. Crac.
d. 13 Octobris. – Castellanus Cracovien. Valentinus Dembinski hora 9 noctis sequentis defunctus; sepultus d. 21 Martii 1585.
d. 20 Octobris. – Illustr. Cardinalis Andreas Batoreus Roma Cracoviam venit et d. 22 Octobris salutatus in curia capitanei in castro, per Universitatem.
d. 11 Novembris. – Martinalia lauta Communitati maioris Collegii apposui.

1584 d. 5 Decembris. – Clepardiae exserunt aliquot domus intra Rorate.
d. 21 Decembris. – Albertus Bruskowski Praepositus Omnium Sanctorum nocte sequenti defunctus; d. 15 Januarii 1585 sepultus ibidem.
d. 28 Decembris. – Hieronymus Choienski Canonicus Cracov. hora 22 defunctus; d. 24 Januarii 1585 sepultus.
1585. d. 2 Januarii. – Electio Abbatissae Stanięteceasis; consecratio vero die 18 Februarii in templo SS. Trinitatis.
d. 10 Januarii. – rev. d. Nicolaus Ocieski Canonicus Cracov. defunctus; d. 25 Januarii sepultus.
d. 21 Januarii. – Proventus Canonicatus Wratislaviensis mihi missi talari 28, grossi 10.
d. 21 Februarii. – Jeronimus Bovius Legatus Apostolicus Cracoviam venit; d. 23 Februarii exceptus per Universitatem in templo S. Francisci.
d. 15 Martii. – Rex Stephanus ex Conventu Regni Varsoviensi Cracoviam rediit hora 21 in parvo comitatu; d. 18 Martii salutatus per Rectorem Universitatis Martinum Glicium Pilgnensem; die 20 Martii discessit in Niepolomice.
d. 4 Aprilis. – Cardinalis Bologneti valedictio nomine Universitatis per Rectorem et supplicatio pro Universitate porrecta.
d. 12 Aprilis. – Rex ex Niepolomice pernoctat in Prandnik episcopali.
d. 13 Aprilis. – Ingressus Cracoviam episcopus Cracov. Petrus Myszkowski et a prandio obviam Regi Cracoviam ingressuro progressus cum frequentissima comitiva praelatorum et Canonicorum.
d. 2 Maii. – Petrus Przerębski Praepositus Cracov. defunctus noctis sequentis hora 7a; sepultus d. 13 Maii in Capella Szafranconum.
d. 24 Maii. – Rumor mortuum esse Episcopum Wratislaviensem.
d. 17 Junii. – Jacobus Gorski Canonicus Cracov. defunctus hora 12ma, d. 27 Junii sepultus in ecclesia cathedrali Cracov.
d. 3 Junii. – Invasus Crezotka per mendicos hora circiter 24ta.
d. 21 Junii. – Causa cum haereticis coram rege de violato ipsorum coemeterio; vicit Rector (Martinus Fox) cum Doctoribus.
d. 23 Junii. – Hieronymus Bovius Legatus Pontificius in ecclesia cathedrali celebravit, praesente Rege, Vesperas, Completorium, Matutinum Missam, Processionem pomposam more Italico et cum scandalo.

1585 d. 25 Junii. – Discessi Wratislaviam ad electionem Episcopi Wratislaviensis.

d. 1 Julii. – Electus episcopus Vratislaviensis Andreas Gerinus Svevus D. S. Theol. qui d. 4 Julii donavit mihi pro viatico itineris taleros 50 et Capitulum taleros 30; d. 5 Julii discessi Wratislaviam metu pestis; d. 9 Julii Cracoviam redii.

d. 11 Maii. – Nicolaus Mielecki palatinus Podoliae hora 12 defunctus.

d. 26 Augusti. – Apud Warszewizki pransum.

d. 27 Augusti. – Apud Capitaneum in Lobzow pransum liberaliter.

d. 2 Septembris. – Pransum apud fratres Societatis Jesu ad S. Barbaram.

d. 5 Septembris. – Rex ex Niepolomice Cracoviam ad causas iudicandas aliquatenus dilatas rediit et iudicia expeditus.

d. 16 Septembris. – Rex Niepolomice rediit et illinc Grodnam profectus.

d. 20 Septembris. – Cardinalis Batoreus votivam in ecclesia cathedrali de S. Stanislao solenniter decantari fecit. – Vicecancellarius Regni in Episcopatum suum Premisliensem discessit.

d. 26 Septembris(?) – Morawiczki ex bombarda occidit civem gestantem uterum in platea S. Floriani propter non intromissionem sui in lapideam ipsius.

d. 26 Octobris. – Clausa civitas Cracoviensis propter iudicium institutum de Morawiczki.

d. 28 Octobris. – Impetus studiosorum et mendicorum in Czeczotkam hora 2da noctis.

d. 1 Novembris. – Gelu primum sed duorum tantum dierum.

d. 3 Novembris. – In ecclesia cathedrali Cracov. revocationem ab haeresi fecit solennem minister annorum 37 Adamus Kopiczki de Krzizanowice apud Skrzinno, sed praeter decretum Concilii Tridentini, in manibus Officialis Cracov. Maniecki et Petri Skarga Jesuitae et non Episcopi.

d. 3 Novembris. – Filia rev. olim Lugowski nominati Premisliensis elocata.

d. 11 Novembris. – Morawiczki capite plexus in praetorio. – Martinalia per me Collegio maiori apposita satis forte liberaliter. – Ingressus in urbem Capitanei Cracoviensis Nicolai Zebrzydowski satis solennis circiter horam 1mam.

1585 d. 12 Novembris. – Gelu matutinum resolvitur in pluviam vespertinam.

d. 13 Novembris. – Salutatio et exceptio Capitanei per Rectorem Universitatis cum Doctoribus et Magistris sine mandato.

d. 18 Novembris. – Electus Abbas Jędrzeioviensis Stanislaus Rescius per commendam usque ad annum.

d. 17 Novembris. – Magistro Rocho Posnaniensi Seniori Bursae Pauperum quidam ibidem coquinista natione Gedanus, aperta habitatione ipsius, abstulit pecuniam et clenodia. Magister incidit in morbum. Studiosi aliqui persecuti et consecuti furem, pecuniam recuperarunt, clenodiis iam amissis.

d. 19 Novembris. – Zacharias Zordan pronuntiatus Vicecapitaneus Cracoviensis et Laczinski Notarius Castri Cracov. – Morska abbatissa Zwierzynecensis electa.

d. 27 Novembris. – Casus notabilis et enormis per Martinum Tomalewski Magistrum Artium et Licentiatum Juris accidit, qui propter suas enormitates et notorios excessus, iussu Episcopi privatus beneficiis, proposuit: exitum futurum huius decreti memorabilem, quia vel Episcopum vel Officialem ipsius interficiam. Hodie ergo sub vesperum et sub cypho clam ingressus habitationem Officialis, vibravit contra ipsum bombardam praeparatam, sed furore accensus cum custodem non removisset, nihil effecit. Habuit etiam tunc sub pallio cultrum gladiatorium denudatum, ipso usurus ad intentionem occisionis, si bombarda eum fefellisset; cuius usum habere non potuit perterritus praesentia eorum, qui cum Officiali interim fuerunt. Mox fuga sibi consulere volens, per famulum Officialis retentus, et armis ipsi ereptis in carcerem conclusus est. Statim ex deliberatione Capituli cum Officiali habita, missum est ad rev. Episcopum Cracov. pro resolutione, quid amplius faciendum sit.

d. 29 Novembris. – Studiosi fecerunt impetum in domum Nikiel retro Bursam Jerusalem.

d. 30 Novembris. – Severinus Bonar defunctus.

1585 d. 1 Decembris. – Altera filia Lugowski elocata.

d. 2 Decembris. – Apud rev. d. Stanislaum Resium Abbatem Jedrzeioviensem gratulatum et pransum.

d. 4 Decembris. – Revocatio haereseos Samosateni haeretici Christiani Franken, blasphemi contra SS. Trinitatem scripto prophano etiam in publicum edito, contra quod scripsit D. Jacobus Gorski. Quae revocatio facta est die S. Barbarae in ecclesia S. Barbarae. Ibidem pransum.

d. 8 Decembris – Noctis h. 6 Taszowski studiosus sclopeto ad praetorium ~~[illegible]~~ trajectus; despectus sub vesperum.

d. 11 Decembris. – Morawiczki capite plexus in praetorio.

1586. d. 1 Januarii. – Rev. Nicolaus Bodzeginus S. Theol. Doct. Collega maior et Prof. ~~[illegible]~~ Praepositus S. Annae, Canonicus Wratislav. Opolien. extremum clausit diem in Wratislavia, apoplexia sub peste ibidem acerrima.

d. 5 Januarii. – Sebastianus Clepardiensis studiosus in schola S. Floriani manens, in coemiterio ibidem enormiter per Baccalaureum Franciscum scholae eiusdem nocturno discursu vulneratus, M. Oczko Seniore eiusdem scholae eandem tragoediam promovente, perendie mortuus.

d. 15 Januarii. – Quidam nobilis per familiam Czeczotka pridie vulneratus, hodie defunctus.

d. 25 Januarii. – Convocatio Ordinum in praetorium pro consultatione contra invasionem Christophori Zborowski.

d. 31 Januarii Martinus Tomalowski Licentiatus ex Lipowiec saltus periculosus

d. 3 Februarii. – Nuptiae apud rev. d. Scholasticum Cracov. Dussieczki celebres quadriduo.

d. 19 Martii. – Palatinides Cracoviensis Zborowski annorum circiter 17, hora 21 ex vulnere Olkussii inter potandum accepto, quarta die abhinc in capite, est defunctus cum magna domus Zborovianae diminutione. Erat sicut pater, ita et filius Evangelicus.

d. 20 Martii. – Illustr. Cardinalis Batoreus Praepositus Miechoviensis Romam discessit ex Miechow per Niepolomice, et deinceps per Hungariam propter insidias in Silesia et Moravia sibi structas per Banditos.

d. 10 Aprilis. – Illustr. Cardinalis Episcopus Vilnensis de familia Radziwilorum Romam per Cracoviam proficiscens celebravit Missam lectam circa sepulchrum S. Stanislai.

1586 d. 13 Aprilis. – Dominica Conductus, Dedicatio Ecclesiae Collegiatae S. Annae.

d. 19 Aprilis. – Martinus Białobrzeski Episcopus Camenecensis Abbas Mogilensis defunctus misere Cracoviae, d. 27 Aprilis sepultus in Mogila.

d. 15 Maii. – Nominatio Laurentii Goslicki praepositi Cracov. in Episcopatum Camenecensem et in Abbatem Mogilensem.

d. 22 Maii. – Turbatio vehemens in coemiterio S. Francisci, noctu. Torba ex uno cursore excussa cum litteris laesae Maiestatis Regiae et Regni in eadem contentis.

d. 4 Junii. – Capitaneus Cracov. venit stipatus Cracoviam in festo Corporis Christi procedente cathedrali processione; pro reverentia processionis descendit ex equis et curribus cum suis comitibus, ingressus in ecclesiam OO. Sanctorum, et transeunte processione cum sacramento ad S. Franciscum, secutus est honorifice cum lampade manu gestata processionem cathedralem.

d. 6 Junii. – Petrus Miskowski episcopus Cracoviensis testamentum suum occlusum deposuit in Capitulo fideliter asservandum.

d. 14 Junii. – Illustr. Cardinali Batoreo Romam literas rever. Wratislaviensis (Episcopi) per postam misi cum literis regiis.

d. 20 Junii. – Cracovia discessi Wratislaviam in causa testamenti ol. Nicolai Bodzanciensis, peste nondum mitigata Wratislaviae imo in dies magis saeviente.

d. 23 Junii. – Turbatio et invasio Universitatis per Miskovianos hora vesperarum.

d. 3 Julii. – Discessi Wratislaviam acceptis taleris 200 occasione testamenti D. Nicolai Bodzencinic a venerab. Capitulo – et d. 6 Julii Cracoviam redii.

d. 22 Julii. – Concordia per Miskowskie insinuata, sed non accepit effectum partibus inter se plurimum dissidentibus.

d. 23 Julii. – Fulmen supra habitationem meam statim a meridie summum clipei aualis murati disiecit.

d. 28 Julii. – Prima Missa votiva Reginalis ad S. Annam Cracoviae.

d. 7 Augusti. – Paulus Balynski ex sententia Archiepiscopi ad Praepositūram Omnium Sanctorum introductus.

d. 9 Augusti. – Paulus Zutter Consul Cracov. ante ortum solis domi suae misere captus et in arcem enormiter ductus et tractus ministerio Janowski per Novam portam et vallum.

1586 d. 10 Augusti. – Literas Episcopi Wratislaviensis Regi misi per Praepositum S. Hedvigis Turski.

d. 11 et 14 Augusti. – Tentata concordia cum Miskoviis per Capitulum Cracoviense.

d. 17 Augusti. – Furtum D. Sokolowski in praepositura S. Floriani, nocte sequenti.

d. 27 Augusti. – Erasmus Staredski Canonicus Cracov. Romae defunctus.

d. 31 Augusti. – In nuptiis filiae Baxmanowa absente illius marito, gratus hospes fui prae timore impetus studiosorum; ante Proconsulem et Consules primum locum accepi.

d. 26 Septembris. – Rev. Christopherus Podoski Canonicus Cracov. obiit, sepultus impensa Capituli.

d. 2 Octobris. – Ven. Valentinus Brzostowski plebanus in Raciborowice et Notarius Capituli Cracov. per annos 36, obiit; sepultus d. 8 Octobris in Raciborowice.

d. 4 Octobris. – Egregius vir Medicinae Doctor Patavinus Laurentius Pontificius defunctus hora 19; fundatione relicta pro pauperibus studiosis et die 11 Octobris in ecclesia S. Michaelis in Castro sepultus.

d. 11 Octobris. – Czerminski in lapide Sidlowski Canonici Cracov. defunctus, ad SS. Trinitatem sepultus.

d. 14 Novembris. – Per Palatinum Cracov. electi Consules Cracovienses: Fyansel (Fihauser) fidei Augustenae, Czimerman Arrianus, Szyndik nunquam sobrius, Czipielya parricida.

d. 17 Novembris. – Jacobus Milowski Suffraganeus Cracov. decessit noctis sequentis hora 4ta; d. 20 novembris sepultus in ecclesia cathedrali ante tumbam S. Stanislai.

d. 12 Decembris. – Rex Stephanus defunctus in Grodno Lithuaniae.

d. 17 Decembris. – Proscoviensis Conventus pro Comitiis Regni nuntiis eligendis, quem dissolvit nuntium Regis defuncti.

d. 21 Decembris. – Dominico die Polanowski interfectus per Semolik.

d. 31 Decembris. – Concordia continuata per Praelatos et Canonicos inter Universitatem et Miskovios sed frustra ad sex usque dies producta, partibus inter se plurimum dissidentibus

1587 d. 24 Januarii. – In platea Canonicorum conflictus famu=
lorum Petri Miscovii cum famulis Palatini Cracov., qui
Miskovianum unum interfecerint, tres vulneraverunt.
d. 26 Januarii. – Convocatio Proszoviensis tumultuosa et mira=
culosa: quia in frequenti templo exoneratis sclopetis supra 200,
nemo occisus.
d. 2 Februarii. – Convocatio Ordinum Warssoviam per Archiepis=
copum de loco et tempore eligendi Regis.
d. 4 Februarii. – Vesperiae ad vesperam usque S. Annae M. Valenti=
ni Vidavii et fr. Bartholomaei Dominicani et d. 5 Februarii, Aula
eorundem cum convivio solemni et bene lauto.
d. 10 Februarii. – Legatus Pontificiis Hanibal archiepiscopus Neapo=
litanus sub vesperam divertit et monachorum in Arena carnispri=
vium et lersaninum conturbavit.
d. 11 Februarii. – Legatus Pontificiis Romani exceptus per venerabile
Capitulum Cracov.
d. 17 Februarii. – Idem Legatus exceptus per Universitatem in eccle=
sia S. Mariae in Arena oratione Rectoris Petri Gorainii longa et
molesta.
d. 1 Martii. – Gelu intensum in ecclesia cathedrali per Maturam, Ter=
tiam, Sextam, Nonam, Concionem, quoniam Dominicus dies fuit
per Legatum et Neapolitanos ipsius cum molestia sustentatum.
d. 9 Martii. – Legatus Cracovia Warssaviam discessit illic publicaturus
Breve.
d. 31 Martii. – Ad Reginalem Maiestatem literas dedi.
d. 6 Aprilis. – Erasmus Czeczotka Consul Cracov. ex paralysi mortuus
media nocte sequenti; d. 30 Aprilis ad S. Mariam sepultus absque
frequentia.
d. 19 Aprilis. – Inter consanguineos et naturales filios ac filias Eras=
mi Czeczotka facta compositio, ut habeant aequalem divisionem bo=
norum civilium, non terrestrium.
d. 3 Maii. – Primitias celebravit rev. Caspar Zebrzidowski Canonicus
Crac. in templo B. Virginis in gratiam aviae suae Annae Szienien=
ska (z Sieniawskich Jordanowa?) castellanae Cracov. ex loci propin=
quitate. Quae eadem convivio solemni excepit totum Capitulum Cracov.
et praecipuos nobiles tunc Cracoviae et matronas praesentes, in lapi=
dea sua olim dicta Regulynska.
d. 4 Maii. – Processiones ad S. Florianum peractae die secunda Rogationum, in=
terim praetermissa processione ad SS. Trinitatem.

1587 d. 7 Maii. – Nobilitas et militares discedunt Prossoviam ad lustrationem hora 20. – Eadem die populatio Brog haereticorum incepit eadem hora.

d. 8 Maii. – Die S. Stanislao sacra Brog incensum, direptum, depopulatum. Mirandum, quoniam totum enorme factum peractum est intra 24 horas, quod ordinate vix confici potuit per 24 septimanas.

d. 12 Maii. – Duo manipuli Brog (acatholici?) Stanislaus Dębienski capitaneus Chęcinensis et uxor eius Szafranczowna utrique horis 11 mediantibus defuncti.

d. 15 Maii. – Inquisitio praetoriana de vastatione et direptione Brog per omnes Magistratus nihil profecit; d. 16 Maii repetita eodem inani effectu, quamvis haereticis diligenter urgentibus.

d. 20 Maii. – Ego Martinus Glicius Pilznensis, Prof. Theol. in manus plebani et Consulum Pilznensium misi flor. 300 pro fundando proventu super aliquibus bonis ibidem civitibus Baccalaureo Scholae Pilznensis pro tempore existenti.

d. 20 Maii. – Quidit Universitatem pro anniversario Regis Casimiri in ecclesia cathedrali expedivisse per Vigilias, postridie negligentia Rectoris Petri Gorcinii Universitatem ad decantandam Missam S. etiam non esse intromissam. Ideo tunc eadem Missa expedita est in templo S. Mariae Magdalenae cum indignitate Universitatis prae angustia templi.

d. 5 Junii. – Wratislaviensis Episcopus misit mihi auratam suam effigiem.

d. 22 Julii. – Coctrix Collegii Maioris hora 22 occidit cultello servitorem Mgri Way55 capti mente, dictum Sartor.

d. 3 Augusti. – Palatinus Cracoviensis significat Consulibus brevi electionem futuram Regis, sed......... nominationem: ideoque urbem ut diligenter muniant, custodiant, militares quam plurimos suscipiant, mandavit authoritate tunc sibi concessa.

d. 6 Augusti. – Electio facta concionatoris ad S. Stephanum Cracov. sed non successit, plebano renitente pro Jesuitis in despectum Universitatis et contra privilegium. Permansit tamen electus d. Vidarius. (Joannes Muscenius addidit: „Thomas Ptaza alias Ptazen dictus, qui Jesuitas recepit.")

d. 5 Septembris. – Literae Cancellarii insinuantes electionem Sigismundi III.

d. 7 Septembris. – Occupata Wislica per Zborovium Christopherum.

d. 8 Septembris. – Ingressus Cancellarii Cracoviam solennis.

d. 9 Septembris. – Exceptus Cancellarius per Rectorem nomine Universitatis in lapidea Lugowski:

d. 18 Septembris. – Prossoviensis Conventus.

1587. d. 22 Septembris. — M. Joannes Wolbramensis electus Orator.
d. 25 (20?) Septembris. — Sigismundi Suedi regis electi ingressus Gedanum.
d. 3 Octobris. — Convocatio Universitatis de praesidio urbis.
d. 5 Octobris. — Conventus ad Wisliciam.
d. 7 Octobris. — Lustratio armatae civilis.
d. 10 Octobris. — Expeditio nocturna Cancellarii contra Zborowskie frustra.
d. 12 Octobris. — Nocte sequenti direptio enormis Bronowice.
d. 16 Octobris. — D. Martinus Pilznensis Rector Universitatis electus in ipsa obsidione, tredecima vice. — Maximilianus cum suis Cracoviam obsidione cinxit; d. 20 Octobris in Rakowice stativa fecit.
d. 21 Octobris. — In magna frequentia Senatus et equestris Ordinis auditus bis orator Maximiliani bis in templo B. Virginis, tertio apud S. Florianum; sed non persuasit in Regem eundem suscipi.
d. 22 Octobris. — Maximilianus salutatus ex publica furca tormentis bellicis, fugere coactus in monasterium Mogilense.
d. 1 Novembris. — Metu bellici conflictus studiosi discesserunt. Silent Universitatis studia propter rerum omnium caristiam et propter suspitionem pestis absentibus studiosis.
d. 4 et 5 Novembris. — Occultata thesaurus Collegii et privilegia.
d. 12 Novembris. — Palatinus Posnaniensis aeger depositus ex curru in Mogila fatigatus incommodis celeris itineris.
d. 17 Novembris. — Deliberatio Capituli Cracoviensis gravis a 21 ad noctis 1am super impia confoederatione, quae fabricabatur in praetorio per deputatos Wislicienses.
d. 20 Novembris. — Joannes Tarlo palatinus Lublinensis, capitaneus Pilznensis haereticus mortuus Cracoviae, sepultus in Krzyz.
d. 24 Novembris. — Maximilianus reversus ex Mogila in Zielonki valide oppugnavit Cracoviam spe occupandae. Attentavit oppugnationem per Cerdoniam, sed repulsus cum multa internecione suorum et bombardis amissis.
d. 26 Novembris. — Nocte praecedenti et die praesenti Cerdonia, Piscaria, templum in Arena conflagrata, ventis validis iuvantibus, pluviis impedientibus Cracoviae aedificia vim patiebantur et templa, nisi adfuisset vigilantia. Eadem nocte conflagrat monasterium Zwierzynecense.
d. 29 Novembris. — Solutio obsidionis Cracoviensis, fuga Maximilianistarum.

1587. d. 1 Decembris. – Silentium studiorum adhuc toto mense perseverat.
d. 9 Decembris. – Sigismundi III Regis electi Poloniae ingressus Cracoviam solennis hora noctis sequentis 2ª. Cantatum est Te Deum laudamus in ecclesia cathedrali hora 3ª.
d. 11 Decembris. – Prandebam apud rev. Cuiaviensem (episcopum) cum Rex fuisset devotus ad S. Virginem in Circulo.
d. 27 Decembris. – Coronatio Regis utinam felix Ecclesiae et Regno.
d. 28 Decembris. – Deductio Regis in Rupellam impediente tempestate, ne more solito prius fieret; inde reversus in foro Majestatem expedivit.
d. 30 Decembris. – Prandebam apud rev. Cuiaviensem (episcopum). Eadem die incessatio studiorum publicata.
1588, d. 1 Januarii. – Rex ad Jesuitas S. Barbarae descendit; Archiepiscopus ad S. Virginem concionatus et Summam Missam cantavit.
d. 3 Januarii. – Gratulatio coronato Regi per Universitatem in ecclesia cathedrali Cracov.
d. 24 Januarii. – Conflictus circa Biczinam hora 20. – Bernardus Maciejowski in Episcopum Luceoriensem consecratus in ecclesia cathedrali per Archiepiscopum, et Cracoviensem, Cuiaviensem Episcopos astantes.
d. 28 Januarii. – Te Deum laudamus de captivis et victoria Biczinae, in ecclesia cathedrali Cracov.
d. 1 Februarii. – Ingressus Annae Jagielloniae Reginae solennis Cracoviam hora 23, Rege sororino obviam extra urbem procedente materterae.
d. 3 Februarii. – Seren. Regina Anna Jagiellonia nomine Universitatis per Rectorem excepta in Capella Mansionariorum ecclesiae cathedralis, iam ex sacello regali in castrum procedens.
d. 2 Martii, Cinerum. – Rex mascaris apparatis abstinuit, ut i; reverenter victoriam circa Biczina suscipiens et concionibus permotus.
d. 19 Aprilis. – Rex cum Regina apud Jesuitas Missae devotionem celebravit.
d. 25 Aprilis. – Rex, Regina, Reginula in Niepolomice discesserunt in magna et continua tempestate pluviosa.
d. 1 Maii. – Rex redit Niepolomiciis et d. 2 Maii Sigismundina (imieniny) hilariter celebravit.
d. 20 Maii. – Adventus Legati Archiepiscopi Neapolitani Cracoviam.

1588 d. 23 Maii. – Stephanus Rex Poloniae honorifice sepultus in Ecclesiae cathedralis capella Mansionariorum.

d. 23 Maii. – Andreas Thenczinski palatinus Cracoviensis immature defunctus in oppido Zathor, quem die 18 Maii praecessit eius coniux palatinissa.

d. 13 Junii. – Facinus cuiusdam nobilis militaris (Zakrzowski) in ecclesia B. Mariae in Arena monachum sacrificantem in capite appetens hostiam elevatam vulneravit, ministrantis caput secuit per medium mortaliter, hostiam secuit et calicem effudit, contritam in sinum per modum furti abscondit. Captus ibidem in templo per fabros lignarios tecta templi aedificantes, quoniam dicebatur esse catholicus traditus officio Marschalci Calviniani. Tortus nocte sequenti in praetorio, in tortura extinguebantur ignes putatum propter magiam, cuius scripta et picturae diversae cum imaginibus penes eum reperti; membra in torturis violenter extenta, deinceps remissa, in sua loca redibant, tanquam ne minimum quidem passa erant. Is Polono Ungarus ex Regno propter facinora ante per Stephanum Regem proscriptus.

d. 26 Junii. – Concionabar in ecclesia cathedrali Cracoviensi praesente Rege fortasse aspere: quia Regem pupugi de iuvencula Reginula ...... Post concionem meam redditae sunt litterae Archiepiscopi Gnesnensis, priusquam assideret mensae in eadem materia cum excommunicationes comminatione severa.

d. 27 Junii. – Clausa civitas Cracoviensis propter vastationem nocte praecedenti conciliabuli Trideistarum. Quod facinus adulatores aulae in concionem meam transferebant et eidem imputabant.

d. 1 Julii. – Exustus in foro ante templum B. Virginis patrator scelestae impietatis in Arena, nihil profugit magia.

d. 3 Julii. – Concionabar ad Omnes Sanctos; convenerant Aulici audituri quid simile priori concioni cathedrali. Sed committere nolui: brevis enim illa concio dimidiae horae per longum totius Regni et dominiorum ipsius pervagata satis est.

d. 9 Julii. Stipendiarii milites moverant se ex Castro Cracoviensi ad Austriacos praedaturi obvias ditiones Regni, posito in Castro vexillo sub quo militabant, propter non solutionem stipendii. Revocati solutione usque post monasterium Zwierzynecense, reassumpserunt vexillum.

d. 15 Julii. – Capitaneus Sandomiriensis egregie militaris immatura morte defunctus, haereticus Calvinista.

d. 18 Julii. – Joannes Kmitha notarius terrestris Cracoviensis defunctus circa Lelow in terminis terrestribus; sepultus ad Bernardinos.

1588 d. 21 Julii. – Cardinalis Aldobrandinus nuntius Apostolicus ad Regem et Regnum, Tineciam venit.

d. 27 Julii. – Idem Nuntius solenniter Cracoviam ingressus, processionibus ad cimiterium Bernardinorum procedentibus. In ecclesia cathedrali cantatum Te Deum Laudamus cum caeremoniis ad hoc requisitis.

d. 15 Augusti. – Rex et Regina devoti ad B. Virginem in Circulo.

d. 18 Augusti. – Czaus Turcicus nuntius ad Regem explorationis causa, quis esset et quid ageret.

d. 19 Augusti. – Nuntius Tartarorum ad Regem stipendium dari contendens, pariter cum exploratione.

d. 24 Augusti. – Summum Sacrum cum concione finitum ante horam 14 propter discessum Regis in Tyniecz ad prandendum absente tunc Abbate.

d. 28 Augusti. – Lucas Niegoczki (Consul Clepardien.) gener traiectus pixide in pectore et itinere ex Mogilae templi dedicatione; d. 3 Septembris Clepardiae defunctus.

d. 1 Septembris. – Pestis bene saevientis initia in suburbiis Cracoviensibus, incipientis a Casimiria, Judaeis et Cracoviensibus in diversos pagos dilapsis.

d. 10 Septembris. – Continuat viribus sumptis pestis.

d. 16 Septembris. – Stanislai Zawacki Picus tunc Rectoris Universitatis uxor defuncta peste in pago Modlniczka.

d. 21 Septembris. – Patiebar nocte sequenti tribus horis solutionem alvi vehementem ex pestilentia contractam.

d. 22 Septembris. – Rex, Regina, Reginula metu pestis Cracoviā discesserunt Warssaviam hora 18.

d. 23 Septembris. – Dominicani fratres etiam interim defuncti numero 16 etiam fugientes in sculteciam ipsorum Promnicensem.

d. 29 Septembris. – Hoc toto tempore Dominicani, Franciscani, Bernardini, metu periculi pestilentialis processionatim defunctos peste deducere noluerunt, quamvis eleemosyna promittebatur et praesens dabatur.

d. 27 Octobris. – Rev. Caspar Zebrzydowski Canonicus Cracov. peste in Jancziuse defunctus soturalibus novis Cracovia allatis indutus. In Collegio maiori defunctus peste filius coctricis duodenis fere, cuius mater exclusa est ex Collegio, occlusa habitatione et rebus eiusdem.

d. 30 Octobris. – M. Andreas Pilznensis Senior Scholae Omnium Sanctorum peste defunctus.

1588 d. 27 Octobris. – Capitulum ecclesiae cathedralis Cracov. incepit celebrari metu pestis in templo villae praestimonialis Rac=borowice per Capitulares in villis manentibus.

Mense Octobri et deinceps Cracoviae vendebantur ova gallina tria pro grosso, interdum quatuor etiam 1 gros.

d. 1 Novembris. – Gelu primum paulo intensius post tempestatem notabiliter pluviosam aliquot dierum; d. 2 intenditur gelu; d. 3 continuat gelu et ningit modicum ante meridiem; d. 4 tanto magis continuat siccitate; d. 5 gelu fortius intensum; d. 6 gelida inten=sio ante meridiem, remissum a meridie; d. 7 remissio inclinata ad resolutionem ex occasu flante vento; d. 9 pluit nocte sequente resolutione in crastino; d. 10. 11. 12 tota fere pluviosa.

d. 2 Novembris. – Rev. Joannes Leszczinski Canonicus Crac. peste defunctus in Garlicza, d. 3 Novembris sepultus in Zielonki.

d. 10 Novembris. – Stanislaum servitorem meum bubo in villam ad patrem expulit, ex eodem defunctus in Brancicze, in campo sepultus, quia non permittebatur ei locus in caemiterio.

d. 12 Novembris. – Saevit pestis magis et satis virulenter.

d. 16 Novembris. – Terra mortuos suscipit; caelum pluit, pulsat, nin=git, aër flat ab occasu.

d. 18 Novembris. – Adrianus Cosseowski per Capitulum in Canonicum Cracov. susceptus, d. 19 installatus et Capitulo inductus.

d. 25 Novembris. – Cantor Scholae Omnium Sanctorum, cantatis vesperis pridie, defunctus est; postridie sepultus.

Hoc mense pix non inveniebatur Cracoviae quoniam absorpse=rant eam peste defuncti et sutores metu pestis eam impedimen=tis fugientes eandem distraxerunt.

d. 1 Decembris. – In Collegio Maiori dispensator defunctus in crepusculo critico et pestilentiali.

d. 7 Decembris. – Successit eidem in mortem Tertianus in hospitale delatus et ex eodem funeratus.

d. 6 Decembris. – S. Nicolaus induxit gelu intensum et perdurans toto fere Adventus Dominici tempore, ad finem usque anni.

d. 26 Decembris. – Pueri aliquot civiles wykolendowali mortem pestilentialem.

Scriptum Praetorii hominum defunctorum Cracoviae et in subur=biis adiacentibus atque apud Bernardinos in Stradomia sepul=torum sub tempore pestis 1588 anni:

1588 defuncti peste 1 Octobris 35.
8 " 96
15 " 126
22 " 211
29 " 266
5 Novembris 274
12 " 235
19 " 191
20 " 241
3 Decembris 228
10 " 211
17 " 160
25 " 106 (Vigilia Nativitatis)
2380
1589 " " 1 Januarii 81
7 " 86
14 " 43
21 " 33
28 " 27
4 Februarii 15.
285

Apud Sanctum Nicolaum sepulti 505 signati.
Cessavit ibidem pestis integre ad Dominicam 3am Adventus Domini.
Reliquos Deus notavit et scripsit.

1589 d. 4 Januarii. – Toto hoc tempore peste mitigata, cives notabiliores profugi redeunt Cracoviam ad sua.

d. 15 Januarii. – Cracovia clausa tota die propter inquirentos exploratores ex parte Maximiliani.

d. 20 Januarii. – Interim rupto aggere fluvii Rudawa in campo, tanta fuit penuria aquae, ut pecunia solveretur iis, qui illam ultra usum privatum habebant.

d. 30 Januarii. – Peste notabiliter cessante et atroci hyeme saeviente in Universitate innovatio studiorum pro Commutatione hyemali mandato Rectoris.

d. 25 Januarii. – Anniversarium Serenissimae Reginae in ecclesia S. Annae ab Universitate non celebratum, nondum reversis Professoribus, nec innovatis studiis. 79

1589 d. 10 Februarii. — Toto hoc mense Commissarii Austriaci et Regni tentant et tractant compositionem de Maximiliano captivo liberando. Conventus Germanorum in Bitom, Polonorum in Bendzin.

d. 3 Martii. — Deputati Jurisperiti duo Warssaviam ad Conventum contra Misskowski castellanum Zarnoviensem.

d. 5 Martii. — Conventus Regni Warssoviae incepit, ad sex hebdomadas duravit tantum.

d. 7 Martii. — Arserunt institae circa praetorium hora noctis 3a.

d. 11 Martii. — Te Deum laudamus in eclesia cathedrali finita concordia inter Commissarios Austriacos et Regni Poloniae in Opolie et Bytom collocatos.

d. 23 Martii. — Rev. Episcopus Warmiensis Martinus Cromerus defunctus. Legavit mihi orbem argenteum et Sutannam atlasoii cum pellibus pubkonum.

Totus mensis Maius siccus.

d. 12 Maii. — Rev. Episcopus Wratislaviensis Andreas Gerinus a Caesare nuntius Cracoviam venit; d. 14 ecclesiam cathedralem et Castrum consideravit; d. 15 Cracovia Lublinum ad Regem Poloniae discessit.

d. 25 Maii. — Cleperdiae pars conflagrata inter portas S. Floriani et Slakowska, ab hora 13 ad 16.

d. 3 Junii. — Palatinus Cracoviensis noviter creatus Nicolaus Firley Cracoviam primum ingressus solenniter.

d. 6. Junii. — Rev. Episcopus Wratislaviensis a Palatino Cracov. lauto prandio exceptus, in crastino discessit.

d. 13 Junii. — M. (Joannes) Kozielek (Capreolus) Rector Scholae B. Viginis noctu in praetorio Cracov. cum studiosis scholae suae fraudulenter captivatus et ad diem sequentem detentus, Rectore Universitatis (Nicolao Dobrocieski) absente et post reditum nihil in tanto casu agente.

Dimidium mensis Junii pluviosum.

d. 7 Julii. — Eclesia B. Virginis in Arena, Cerdonia ad processiones notabiliter tunc illustrata.

d. 15 Julii. — Templi S. Hedvigis in Stradomia clipeus fulmine ictus, reparatus.

1589 d. 21 Julii. – Pergamennik ex hydrope defunctus; d. 22 Julii ad S. Franciscum sepultus. –

d. 25. 26 Julii. – Prae nimio fervore patrocinia non frequentia.

d. 28 Julii. – Episcopus Cracoviensis discessit ad rusticandum in Bodzow.

d. 29 Julii. – Cardinalis Radziwil Cracoviam ex legatione a Caesare venit; inde tandem 2 Augusti Wilnam discessit. – Toto Julio aestus molestus hominibus, ardore sterilis in frumentis aestivalibus et hortensibus. Fructus pomaeriorum tuberrunt.

d. 14 Augusti. – Sub meridiem notabiliter pluit, sed cito desiit, frigiditate subsecuta.

d. 20 Augusti. – Dominica in meridie nimbo pluit, grandinat, coruscat, tonat.

d. 25 Augusti. – Synodus dioecesana celebrata in templo S. Michaelis, horis quinque; praefuit Episcopus, interfuerunt Capitulares, 15 Abbates, personaliter numero 6, reliqui per internuntios, Collegiatarum ecclesiarum Praepositi 14, Praepositi regulares 6, Plebani 561, Sacerdotes diversae vocationis plures quam 100. Ex propositis pauca conclusa, reliqua quae cadunt ad secretam deliberationem, ad Synodum provincialem reposita nuntiis committenda.

1590, d. 19 Januarii. – Rev. Paulus Gosliczki Canonicus Cracov. defunctus.

d. 8 Martii. – Conventus generalis Regni propter Turcicum impetum Regni invadendi ad occupandum.

d. 10 Aprilis. – Stuba primo iam sine calefactione.

d. 12 Aprilis. – Conflictus Studiosorum cum Haydonis castrensibus ad Vistulam circa ligna; vulneratus Baccal. Gorski. Rector nihil fecit in hac gravi causa.

d. 24 Aprilis. – Baccalaureum bombarda occidit Zaloga casu ioco sc.

d. 18 Maii. – Melchior de Mosciska celebris Theologus, Doctor, Provincialis Dominicanorum quatuordecies, decrepitus defunctus Cracoviae in conventu; d. 21 maii sepultus solenniter in templo S. Trinitatis.

80

1590 d. 30 Maii. — Fredericus (Severinus) Bonar ingressus Cracoviam ad possessionem Castellaniae Cracov.

d. 31 Maii. — Martinus Skarszewski Canonicus Cracov., Abbas Wąchocensis defunctus Warssaviae ex perturbatione intolerabili.

d. 6 Junii. — Ante horam 24 fulmine icta lapidea canonicalis rev.di Doctoris Stanislai Sokolowski Canonici Crac.; tunc quoque nimbus cum grandine.

d. 25 Junii. — Vini Ungari vasa 4 emi florenis 200, eadem die in cellario meo collocata.

d. 24 Julii. — Apud rev. Episcopum Cracov. tractatio cum Jesuitis de concionatura S. Stephani prorogata ex causis ad festum Michaelis.

d. 24 Julii. — Cardinalis Battori ingressus Cracoviam, d. 25 Julii baptizavit parvulum Zuppari.

d. 10 Augusti. — Conventus Prossoviensis contra Constitutiones generalis Conventus refutandas.

d. 10 Augusti. — Confoederatio generalis in Kolo Palatinatuum Maioris Poloniae.

d. 12 Augusti. — Conventus similis in Kolo.

d. 6 Septembris. — Rev. Nicolaus Miskowski Canonicus Cracov. et Praepositus Pultoviensis hora noctis sequentis 7a defunctus.

d. 10 Septembris. — Conventus in Sroda pro audienda relatione nuntiorum de iis, quae in Conventu generali gesta et perpetrata sunt.

d. 10-11. Septembris. — Conventus Prossoviensis praeter spem pacifice expeditus.

d. 22 Septembris. — Pruina matutina orto sole resoluta.

d. 28 Octobris, Simonis et Judae — Ambulabant pueri propemodum nude, coelo ipsis ass... quente.

Totus October pluviosus.

d. 11 Novembris. — Martinalia hilariter celebrata in cibis et potibus. — Sub Martinalibus subtractus calix argenteus valoris flor. 10.

1590 d. 11 Novembris. – Dies S. Martini cuidam studioso Lochow:
ski de Bursa pauperum non erat felix: quique hora secunda
noctis occisus est circa mensam piscium per lictorem ex pixi:
de.
d. 1 Decembris. – Conventus generalis Regni Warsaviae
incepit.
d. 8 Decembris. – Pro felici successu Conventus Regni oratio:
nes horarum 40 habitae in templis B. Virginis in Circulo,
S. Stephani, SS. Trinitatis et reliquis templis; processiones
ibant ad templum B. Virginis cum suis supplicationibus.
d. 28. 29. 30 Decembris. – Multum ningit plus magis in terram
humectam et non congelatam, cum periculo frugum seminatorum.

1591 d. 2 Januarii. – Rev. Ternowski Praeposito Cracov. Referendario,
datus Vicecancellariatus et rev. Galczinski canonico Crac. sur=
dastro data Referendaria in Conventu Regni Varsovien. –
Canonicus Cracov. per rev. Stanislaum Skarszewski Thesaura=
rium data ferina: Czietrzewye Nro 3, Cervi pars octava, Apri
sylvestris pars similiter octava.
d. 6 Januarii. – Altis nivibus gelu intensissimum.

Cracoviae pestis:

1483.
1497 similiter totam Poloniam vastavit.
1507 per multa oppida Poloniae pestis erat.
1508 Cracoviae ab Aprili
1514 usque in 15
1517 etsi non violenter tamen multos (necavit)
1523
1526 }
1527 }
1528 }
1543 haec fuit pestis magna
1547 iterum.
1559 iterum Cracoviae, Sandomiriae.
1564 Gedani, tandem et Cracoviae, Sandomiriae.

1

1575 Michael Vislicensis mortuus d. 22 Novembris

1555 Pestis fuit Cracoviae et ubicumque in Germania insuper Italia, Ungaria etc. Eo tempore plures Magistri alii in loco, alii fugientes obierunt: M. Laurentius Crosner Collega minor, Paulus Lapaeius a Schadek rector scholae Clepardiensis, Leonardus Herbest Novopolie Russiae, rector scholae S. Spiritus.

A. 1462 Dominica Rogationum hora 3a noctis sequentis castrum Lanciciae succensum, inde civitatis tres partes pariter cum castro sunt igne furente consumptae.
Iterum A. 1484 feria 6 proxima post festum S. Jacobi, tota civitas igne cremata. In 22 annis.
Item A. 1548 dominico die Pentecostes hora 13 eadem Lancicensis civitas tota exusta. In 54 annis.
Item 1544 d. 1 Septembris Peterkovia tota incinerata est, igne ex braseatorio regio exorto.


Anno 1538 d. 19 Augusti magna pars circa templum usque ad medium Circuli exusta in Shadek.


Anno 1560 Augusti 22, post occasum solis Shadek igne in 300 domibus exusta, et templi tectum lateritium, foramine quadam flamma iniecta sine defensore, deinde exustum supra testudinem.

Anno 1564 ipso die Caenae Domini ex braseatorio erumpens ignis, totam Visliciam depopulatus est, occasionem dante hospite ebrio ex cremato. Triste fuit illa Pascha.

153

85






Kow
155

Zapiski
Marcina z Raciąża

1543 – 1574

Corellus 1557 – 1575

Clm. 5522 (Math. 325? 5. IV. 20)



Notata Magistri Martini a Raciąż
Decani Art. in Univ. Crac. 1562 et 1565.

|: Ephemerides Jo. Baptistae Carelli Placentini ad annos 19 incipientes ab anno 1557 usque ad a. 1575 Venetiis 1557. 4to (Matheseos 325) :|

Nativitas d. Doctoris Patricii Secret. Reg. M. fuit 1522 die 2 N. Novembris

A. 1543 Pestis Cracoviae saeviebat, incepit in Junio praesertim mensibus Augusto, Septembri et Octobri saeviebat. Summa omnium absumptorum a peste in Cracovia, Casimiria et Clepardia 14,000. In praetorium singulis diebus sabbatinis numerus deferebatur incipiendo a 7 Julii usque ad festum S. Martini (d. 8 Septembris delati sunt 1259) – Innovatio studiorum eodem anno 1543 d. 3 Decembris facta.

A. 1547 pestilentia vigebat Cracoviae, ubi mortui numerati sunt 2340.

A. 1555 pestis saeviebat, a 15 Junii incipiendo (d. 8 Septembris delati 179)

d. 23 " Stanislaus dux Masoviae cum sorore sua Zophia intraverunt Cracoviam.
d. 27 " Zophia dux Mazoviae virgo exivit de Cracovia in Hungariam ad nubendum domino Naderspano
d. 30 " desii a lectione Aphorismorum
d. 7 " ven. Joannes Salomonis Scholasticus quesr canon. crac. jugulabatur domi suae a latrone in domum intromisso per servitorem suum Martinum de Szandecz; miraculose autem evasit – latro autem cum servitore decollati sunt ante ecclesiam B. Virg. d. 27 mensis ejusd.
d. 3 Febr Oratores Moschi circiter 600 equi venere Cracoviam
" 4 " Oratores Hungarorum venerunt Cracoviam
" 9 " Doctor Joannes Rava rediit ex Italia
" 12 " Peroraverunt Moschi coram rege et senatu

d. 11 Febr. Incepta est Conventio generalis Cracoviae
d. – " Jacobus Lucidianus alias Swietlik de Posnania
Art. et Med. Dr. mortuus est in Lublin.
d. 13 April. Stanislaus Pileczki capit. Jansc. cum equo
prolapsus fracta cervice expiravit in Tharnow.
" 25 " electus sum in Decanum facultatis Medicae
d. 5 Maji hora 1a parum abfuit quin rex Sigismundus
non est interfectus ex pixide ~~...~~ jaculo in cubi=
culum per quendam ignotum immisso
d. 5 " incepi legere quartum fen. primi cā. Avic.
d. 10 " Dr. Baltasar Szimozarski duxit uxorem Vasthovie.
d. 17 " ~~Rex~~ Tedeum Laudamus post conflictum Tartarorum.
d. 24 " dominica Pentecostes post horam 1a noctis se=
quentis ignis emersit prope S. Annam et combusit
omnes domos vicinas S. Annae, Scolam muratam,
lateribus tectam, domum plebanalem, partem ante=
riorem Collegii maioris artistarum, Bursam
novam et Bursam ... cum omnibus domibus adja=
centibus. Eclesia S. Annae miraculose praeservata.
d. 4 Junii incercerati sunt 2 muratores qui inventum thesau=
rum in Collegio Artistarum mox post festa Paschae
celaverunt et inter se distraxerunt. Restituerunt 2
pecias argenti valoris 200 flor., 90 aureos, 10 nobilia,
16 annulos, 2 Monilia, Torquem auream, quorum
valor extendebat se prope 500 flor. (reszta przepadła)
" 11 Junii A die 11 m. Junii usque ad finem Julii pluit
continue ita quod Visla inundavit vehementer et
multa intulit damna.
d. 29 Julii Kazimirus dux Thesinen. venit Cracoviam et
exusta est domus sub arce Cracov. in qua fiebant pul=
veres bombard.

d. 4 Augusti Dux Thesinensis recessit ex Cracovia.
" 15 " Tres Thartari fugerunt ex arce sed post aliquot dies inventi
" " " In primis diebus Augusti 4000 Thurcorum Russiam ingredientes civitates Halicz et Rohatin cum plurimis villis exusserunt et magnam hominum multitudinem abegerunt nemine prohibente.
d. 5 Septembr. Thartarus affixus est palo
d. 8 " Dr. Mathias de Miechow medicus mortuus est, Universit. Crac. columna, pauper. orphan. et pupillor. benefactor sepultus in eccl. cath. Crac. ante Capellam Ravitarum d. 11 in presentia episcoporum Joannis Conarski Crac. Petri Tomicki posn. Andreae Cricii Praemisl. Joannis Amicini Laodic. Thomae prepositi Miechov. Stanislai de Szidlowiec palat. Crac. Nicolai de Schidlowiec Thesaurar. Joannis Boner zuppari.
d. 7 Octobr. Resignavi Collegiaturam
d. 18 " Regina Bona peperit tertiam filiam Annam
d. 14 " Joannes Noskowski electus est in Collegiatum medicinae et Dr. Franciscus Haller Crac. in Notarium civitatis per Consules crac. contra statuta, quod pater cum filio in consilio esse non debent
d. 7 Novembr. Felix Casimirien. organista decollatus propter adulterium
d. 16 " d. Joannes Noskowski incepit legere.
d. 25 " Henzel Sziling contraxit matr. cum Margareta Koslanka.
d. 15 Decembr. Joannes Boner zuppar. et burgrab. ac magnus procur. mortuus est sepultus d. 20 Dec. ad S. Mariam
d. 9 Octobr. – Resignavi Collegiaturam.
d. 16 Octobr. – Martinus de Olkusch reelectus in Rectorem Univ.

Anno 1524

d. 19 Januar. Dr. Franciscus Haller contraxit matrim. cum Agnete Jorge Blova

d. 25 " Exustae sunt macellae Jeponat. candelar.

d. 13 Februar. d. Isabella dux Barii mater Bonae reginae mortua

d. 23 " Dr. Jacobus Grzuona ivit Casroviam cum uxore ad manend.

d. 19 Mart. Stenzel Bork rediit ex Urbe

d. 19 Maji Marchio Brandeburg. et dux Lignicensis venerunt Crac. et recesserunt 27 maji

d. 10 Junii exustae sunt lapideae in platea S. Floriani hora 20.

d. 8 Augusti Stanislaus dux Mazoviae mortuus est

d. 9 Augusti D. Stanislaus Borek canon. crac. exivit in Hispaniam

d. 7 Aug. Jubilaeus in Cracovia


d. 23 Sept. Creati sunt in Dr. Jur. Canon. Mathias de Szamotuli, Erasmus Vonzam de Crac et Sigismundus de Stęzyca.

d. 2 Nov. Rex ex Leopoli rediit

[10. XI] In profesto S. Martini horologium medium in pretorio locatum incepit horas suas pronuntiare

d. 20 Decembr. Rex Sigismundus exivit in Piotrkow

Roku 1584 w sobotę d. 5 maja rozbil Szafraniec Krakowiany.



Krz. 197

Zapiski

Michała z Wiślicy

1518 – 1546

1544 – 1556

por. też Brein z Oełwy!!

Stoeffl. 1513–1531


Cim. 5526 (Math. 3553) – R. XI. 5

~~Cim. 5527 (Math. 1871)~~

r. zatis 1544–1556

Cim. 5528 (Math. 1488) – Nb: wyj. u. Ravens

t. V. 4. – 5. IV. 11.



Notata Magistri Michaelis de Wislicza S. Theol. Doct. et Canonici S. Floriani.

1518 d. 15 April. Bona virgo Dux Bari et Mediolani, sponsa Sigismundi I reg. Pol. Cracoviam ingressa est.

1527 (d. 19 Martii?) – Dominica Reminiscere ignis prope bursam Jerusalem versus portam Viszlna, exussit fere 20 domos hora quasi nona horologii integri ab occasu.

1527 d. 21 Octobris – Vocatus sum ad Collegium minus.
d. 22 Novembr. – Introductus sum in ecclesiam S. Floriani ad altare tit. Transfigurationis D.

1528 d. 1 Novembr. – Martinus Pilza postea Crac. Wratislav. Canonicus nascitur.

1531 d. 22 Maii. – Electus sum in Astrologum.

1531 d. 21 Augusti. – 20 millia Valachorum prostrata hora vigesima.

1546 Michael de Wislicza Canonicus S. Flor. promotus in D^rem^ Theol.

(W książce druk.: Almanach nova plurimis annis venturis inservientia per Joannem Stoefflerinum Justingensem et Jacobum Pflaumen Ulmensem accuratissime impartita. (Venetiis per Petrum Liechtenstein 1513). 4to. (Ephemerides ab a. 1513–1531.) (R. XI. 5)

Notat. Mgri Michaelis a Vislica


Anno 1018 Abatia in Thiniecz fundata est.


1544 d. 5 Januar. Rawae pestis cessavit.
" " d. 7 Jan. Feci principiationem in Libros Sententiarum.
" " d. 22 Mart. Platea Slakoviensis et templum S. Marci Cracoviae exustum.
" " d. 13 Maji. Mgr. Stanislaus Cracoviensis Vladislaviis mortuus.
1545 d. 5 Junii. Elisabeth consors Sigismundi Aug. regis mortua Vilnae.
" " d. 27 Aug. Petrus Gamrat archiep. gnesn. a carbone mortuus
" " d. 28 Sept. Dr. Matheus Costenois mortuus Cracoviae.
1546 d. 25 Januar. Promotus sum in Licentiatum S. Theol.
" " d. 19 Febr. Paulus Wolski ex Cancellario episcopus posnan. obiit.
" " d. 22 Febr. Promotus sum in Dr. S. Theol.
" " d. 24 April. Mathias Jezovita baccalaur. Archidiac. Varsav. canon. gnesn. Lovic. mortuus subito.
" " d. 18 Maji. Bylynski episc. ploc. mortuus
" " d. 17 Junii. Cracoviae platea Judaeorum et domus nonnullae circa ecclesiam S. Stephani crematae et ibidem unus frater ord. minor. de observantia fortissime defendens in igne concrematus
" " d. 10 August. Andreas Noskowski episc. ploc. nominatus.
1547 d. 5 Febr. Thomas Szoboczki cancelar. Regni Pol. mortuus Cracoviae
" " d. 19 Febr. Andreas (de Valentinis) Italus Mantuanus praepositus Crac. archidiacon. Varsav. mortuus.
" " d. 10 April. Rawae puer Michaelis Civis a Judaeis subtractus Brestiae tandem necatus et 2 Judaei fer. 5a post Pascham cremati
" " d. 17 Octobr. Valerianus sufragan. Vladislav. fr. ord. praedic. mortuus peste.
1548 d. 3 Junii. Cracoviae in platea Canonicorum arsit

1548 d. 26 Julii. Sepultura Sigismundi I regis cum pompa.
" " d. 23 Sept. Nix et gelu. d. 19 Octob. gelu.
" " d. 29 Novemb. Istula congelata et d. 1 Decemb. gelu intensissimum (mrozy ciągłe)
1549 d. 4 Febr. gelu et frigus intensiss. d. 6 Febr. resolutio et inundatio, d. 15 Febr. gelu intensum.
" " d. 15 Mart. Istula resoluta. d. 26 Martii gelu
1549 d. 15 Maji Scholae OO. SS. vis illata.
" " d. 4 Junii Studiosi catervatim exierunt ab Universitate.
" " d. 1 Julii magr. Nicolaus Grabya vicecancel. a carbone mortuus.
1550 d. 29 Sept. Funambulus Turcus in arce Cracov.
" " d. 5 Octobr. Funambulus ~~etc~~ Turcus in circulo Cracov.
" " d. 15 Octob. Electus sum in Decanum Facultat. Theolog.
" " d. 25 Octob. Samuel Maciejowski episc. crac. mortuus.
" " d. 6 Decembr. Barbara in reginam coronata.
" " d. 8 Decembr. d. Tarlo mortuus.
" " d. 9 Omagium ducis Prussiae et Gedanensium.
1551 d. 1 April. Monasterium in Vivario exustum hora 23.
" " d. 8 Maji Barbara regina mortua hora fere 18.
" " d. 25 Maji Sigismundus Aug. rex cum funere Barbarae Vilnam discessit.
" " d. 3 Junii Mgr. Joannes de Mstow mortuus subito. (Canon. S. Annae)
" " d. 13 Julii. Dr. Stanislaus Lowicz in Raięczno mortuus.
" " d. 15 Octobr. Mgr. Alexius Jessovius Lutheranus factus.
1552 d. 3 Martii. Isabella regina d'Hungaria discessit e Cracovia.
" " d. 15 Julii Viszuka (Mgr.) moritur.
" " d. 3 Novembr. Responsio Medici pro loco.
1553 d. 9 Mart. Jacobus de Clepars Dr. mortuus.
" " d. 29 Julii Rex Sigism. Aug. celebravit nuptias.
" " d. 18 Sept. (Joannes) Pyotrkovita vita decessit.
1554 d. 27 Aug. (Joannes de) Sanok vita decessit, aetatis anno 74.
" " d. 19 Sept. Incepi calefacere habitationem.
" " d. 16 Octobr. Electus sum in decanum Theol. Facultat.
1556 d. 14 Julii. Bork (canonic.?) mortuus, aetatis anno 78
" " d. 12 August. Dr. Sabinus mortuus aetat. anno 50
" " d. 9 Novembr. Apud Bernardum (Soderini ?) Florentinum mercatorem ditissimum 2 mulieres fecerunt damnum magnum: una earum inclusa in skrzynia imposita fuit cum vase in thesauro et fecit damnum maximum: postea deprehensae. Expost Czurilowa decollata et altera propter vexationem extincta (Iroces ciągnął się 2 lata, Włoch wydał nan 800 zł. ger)

F napisy właściciela Mgr. Michaelis a Wislicza S. Theol. Prof. custodis S. Flor. 1551 – M. M. Raoen-sis :) 3. IV. 11.

|: Rękopiśmienne dopiski w druk: Almanach novum Petri Pitati Veronensis mathematici |: Ephemerides Joannis Stoefleri et Petri Pitati 1544–1556. :| Tubingae 1544. 4to z drzeworyt. papier.: Effigies Jo. Stoefleri annorum 79 podobny do Kopernika – Desumptiae ? :| F






Vitreatoris, Leonard – Stanisław Aurifaber z Krakowa – anonim. 202

1484 – 1531.

Regiomontanus: 1484 – 1498. – Stoefflerinus: 1499 – 1531.
Inc. 2271/2272 (R. III. 7).



Notata Mgri Leonardi Vitreatoris ~~de Wyszka~~ Zasanski ~~aet. X Floriani + 13 Julii 1552~~ et Mgri Stanislai de Cracovia Prof. Theol. canonici S. Floriani.

14 8/4 d. 4 Octobr. decollatus est magnif. Christophorus Schafranyecz Cracoviae. 3

1487 d. 1 Januar. Nata est conjunx d. Joannis Melstinski.

1487 d. 3 April. Natus est Stanislaus filius Jacobi Vitreatoris.

" " d. 17 Julii. Alexius filius d. Hanns Borg natus.

" " d. 15 Octobr. Hic sum institutus.

" " d. 13 December. Hic respondi in medicinis.

1488 d. – Aprilis. Ista commutatione aestivali fui consiliarius domus cum Pylcza.

" " d. 30 Junii. Hic sum vicecancellarius.

" " d. 2 Augusti. Slupcza mortem obiit

" " d. 5 Aug. Brzezyna electus est.

" " d. 14 Sept. Dux Paulus natus post Vilnam 3 miliaribus (Holszanski ?)

" " d. 4 Mathias de Costen Prof. Decretor. obiit.

1489 d. 24 Januarii. Fridericus primogenitus Kazimiri regis inducitur in episcopatum Crac.

" " d. 19 Martii. Anna filia magr. Spithonis de Jaroslaw nata.

" " d. 3 December. Dr. Nicol. Schadek natus.

1490 d. 1 Febr. Dr. Bernardus obiit.

1492 d. 7 Junii. Casimirus rex moritur.

" " d. 23 Septembr. Joannes Albertus coronatus in regem.

2 1493 d. 6 Januarii. Pater meus mortuus.
" " d. 12 Martii. Natus est Carolus d. episcopi Plo=
censis Venetiis.
" " d. 1 Novemb. Natus Jeronimus filius Hanus
Borg.
1494 d. 29 Junii. Incepit ardere Cracovia cujus major
medietas infra noctem est exusta.
" " d. 8 Junii. Natus Dr Anton Napa (chanie ?)
1495 d. 20 Martii. Mortuus est Mathias baccalaureus
germanus
" " d. 1-9 Junii Magna inundatio aquarum Cra:
coviae.
— 1496 mense Septembr. incepit Cracoviae pestis vali:
da et duravit totam hyemem.
— 1497 Pestis vexabat Cracoviam.
1497 d. 20 Junii. Vocatus sum ad Collegium minus.
" " d. 28 Junii Incepi grammaticam.
" " d. 26 Octobr. Caesi sunt Poloni in Valachia et pro:
fligati.
1498 d. 21 April. Incepi Astrologiam.
3 1499 d. 23 Augusti. Hic primum ad Universitatem
(nota Stanisława z Krakowa)
1487 d. 3 Augusti. Dux Georgius natus 17 miliaribus
post Vilnam versus Moscoviam.
1501 d. 17 Febr. Parens mea obiit.
2 1501 d. 29 Octobr. Vocatus sum ad Majus Collegium.
1503 d. 12 Martii. Marianus Suffraganeus Crac. mortuus
" " d. 5 April. Creslaus episcopus vladissav. cancella:
rius Regni mortuus
1503 d. 24 Novembr. Andreas natus secundo genitus
d. Lucae (Gorka)

1504 d. 23 Januar. Dr. Pnyewy mortuus.
" " d. 4 Febr. d. Erasmus episc. ploens. consecratur in Piotrkow
" " d. 10 Febr. Johannes Amicinus Przyaciel Dr. consecratus in suffraganeum Cracovien. in Pyotrkow.
1504 d. 21 Augusti. Veni Cracoviam ad studium cum fratre Johanne (Leonardus Vitreatoris
" " d. 23 Sept. Accepi Regalem Collegiaturam
" " d. 10 Octobr. Lyprowyecz mortuus.
" " d. 20 Decembr. Episcopus Ploensis ex Cracovia exivit Romam
1505 d. 10 Febr. d. Nicolaus Radywylowycz consecutus est palatinatum Trocensem
" " d. 22 Febr. Zawolski caesar Thartarorum per Alexandrum regem Poloniae in majestate residentem honorifice exceptus in Brzesnie Lithvaniae.
" " d. 1 Junii. Rex Alexander tactus paralysi.
1505 d. 21 Sept. Regina Poloniae sepulta.
1506 d. 21 Januar. Johannes episcop. vratislav. obiit.
" " d. 24 Febr. Promotus sum in Magistrum. Stanislaus de Dobczyce
" " d. 1 Junii. Paulus Schydlowieczki obiit. Decr. Dr. Canon. Ploensis
" " d. 1 Julii. Natus est filius Ludovicus, Wladislai regis Hungar.
" " d. 26 Julii Anna Regina Hungariae obiit.
" " d. 20 August. Alexander rex obiit Vilnae nocte.
" " d. 18 Octobr. Sublimatio Sigismundi in ducem Lithvaniae.
" " d. 8 Decembr. Sigismundus rex electus.
1507 d. 25/18 Januar. Rex post coronationem post horam 18 sedebat in majestate sub praetorio Crac.
" " d. 18 Januar. Curia episcopalis in parte excussa.
1507 d. 11 Febr. mgr. Joannes de Glogovia apoplexia tactus moritur.

1507 d. 15 Febr. Adam et Jeronimus filii domini Nicolai Lubelczik (Kurozwęcki ?) concordant cum Universitate ratione census ex Luczianowice.

" " d. 19 Maji d. Johannes Jordan Supparius mortuus.

– " " d. 26 Maji (Albertus de) Schamotuli Dr Medic. mortuus

– " " d. 22 Maji Dr Clemens (de Piotrkow) canonicus gnesnensis mortuus Gnesnae.

– " " d. 25 Maji (Joannes) Wladislavita Dr Juris Canon. mortuus.

" " d. 4 Junii. Gorski canon. posnan. mortuus

" " d. 7 Junii Jurge Lang consul crac. mortuus

" " d. 11 Junii. Fulmine tactum praetorium Cracov. et interfecit servum – et circa horam 21 fulmen percussit super lectum in quo rex solet dormire in arce Cracov.

" " d. 20 Augusti. Ignis validus retro S. Trinitatem multae curiae et domus sunt exustae.

1508 d. 20 Januar. Mgr Leonardus de Dobschicze mortuus

1508 d. 6 Febr. Promotus sum in Magistrum Artium
|: Stanislaus Aurifabri de Cracovia S. Th. Prof concionator polon. ad S. Mariam + 10 Febr. 1541. aetat. 54 :| (Reuss e ?)

1508 d. 24 Maji. Mgr Johannes Vitreatoris frater meus germanus mortuus

" " d. 14 Maji. Promotus sum in baccalaureum Sacrorum Canonum (Leonardus Vitreatoris)

1509 d. 22 Martii. Stradom exusta post horam 3 noctis.

" " d. 14 Maji Albertus Grzywna obiit.

1510 d. 26 Maji. Johannes de Lasko cancellarius regni in Archiep. gnesn. consecratus.

" " d. 10 Julii. Fundamenta scholae S. Annae muratae.

" " d. 12 Decembr. Examinatus ad gradum Dratus (Canonum Leonardus Vitreatoris)

1511 d. 4 Febr. Promotus sum in Drm Decret.
" " d. 25 Febr. Sebastianus canon. crac. occisus est Cracoviae.
" " d. 16 Decembr. Duo nobiles Smolikowsky et Fursky in circulo congrediebantur et ante digladiabantur coram rege Sigismundo, vicit Smolikowsky.
1515 ~~Ille~~ d. 1 Julii nocte nata est filia secundo genita Regi Sigismundo.
1516 d. 6 Sept. In nocte strangulatus est fr. Albertus Fantinus Bononiensis minister generalis provinciarum Poloniae, Boemiae et Ungariae ord. S. Francisci Cracoviae per fr. Blasium sacristianum et Johannem de Mariemberg Prutenum sacerdotes atque Laurentium Schetla praedicatorem. Hi fugientes d. 8 in villa Chelm capti sunt et incarcerati in curia episcopi. Ecclesia S. Francisci interdictum passa.
1517 d. 3 Febr. fr. Blasius sacristianus et fr. Joannes Prutenus qui ministrum occiderant degradati in ecclesia S. Mariae et d. 20 Febr. decollati in foro publice et ad S. Trinitatem sepulti.
" " d. 29 April. Mgr. Stanislaus de Cracovia vocatus ad Collegium majus.
" " d. 15 Maji fr. Laurentius Schetla praedicator ord. S. Francisci degradatus in ecclesia B. Mariae et d. 12 Junii publice in foro per spiculatorem civitatis decollatus, apud S. Trinitatem sepultus.
" " d. 6 Junii. Gallus de Jadra vicarius in spirit. et custos Crac. mortuus. (+ 1515)
" " d. 11 Julii Dr. Mathias Grodzyczky med. Dr. Canon. Crac. et Posnan. mortuus. (+ 1517 d. 12 Febr.) taki na nagrobku
" " d. 29 Julii. Georgius Blo scabinus crac. mortuus.

1517 d. 25 Augusti. d. Joannes Konarski cum d. N. Ostro=
rog in Neapolim ex Cracovia exiverunt pro
uxore ducenda regi.
" " d. 25 Sept. Ignis maximus exivit in civitate
in stabulis boum apud laniones ante portam
novam et in crastino post ecclesiam S. Floriani.
" " d. 10 Octobr. electus sum in decanum
" " d. 9 Octobr. Lata sententia per episcopum Crac.
contra doctorem Stanislaum de Kazimiria
ipsum esse illegittime electum.
" " d. 2 Novembr. Hiems subito nocte incepit cum
intensissimo gelu et d. 5 Nov. prima nix.
" " d. 28 Nov. Dr. Mathias de Blonye physicus
Regiae Maj. mortuus.
" " d. 5 Decembr. In Baro civitate nuntii Regis
Polon. contraxerunt sponsalia.
" " d. 15 Decembr. Mgr. Jacobus Grzywna Med.
Dr. respondit pro loco in eadem facultate.
1518 d. 24 Martii. Episcopus plocens. cum palatino cracov.
exiverunt in Olomücz in obvium reginae (Bonae).
" " d. 3 April. Nocte circa 7 horam ignis magnus
erupit in partibus posticis domorum Slakoviensis
et S. Joannis plateis ubi 5 partes posticae exustae
sunt.
" " d. 15 April. Regina Bona post tactum 24 horae
Cracoviam ingressa cum tanta solemnitate quae
nusquam prius visa est et d. 18 April. coronata
cui celebritati aderant praeter 2 episcopos et saeculares,
magnificos: Prosper de Columna capitaneus Italiae,
cardinalis Ippolitus, dux Ferrariensis, Archiepiscopus
Mediolanensis, Episcopi Ferrariensis, Agriensis, Kazi=
mirus burgrab. brandenburg, Duces Legnicensis, Tesnensis
Episcopi Olomuncensis et Vratislav. fratres (Turzo?).

1518 d. Julii. Erasmus Episcopus plocensis cum Raphaele Leszczynski a Rege missi Oratores in Augustam ad Caesarem ex Cracovia exierunt, de expeditione contra Turcam tractaturi.

" " d. 14 Decembr. Dr. Nicolaus de Wyeliczka respondit pro loco in Medicinis et admissus non requisitis doctoribus medicinae protunc Universitatis videlicet Jeronimo Wasserbroth et Luca Noskowski.

" " d. 21 Decembr. nocte Andreas Slabosch nobilis cum suo famulo Jacobo et cum Andrea Fwardi Kazimiriae per custodes civitatis detenti, decolati sunt 7a hora, quasi hospiti violentiam intulissent.

1519 d. 18 Januar. Rex ex Lithvania rediit.

" " d. 20 Martii. Duo oratores Regis Franciae Cracoviam ingressi, prius nusquam visi in Regno Poloniae – Ludolphus Dr. Theol. provincialis generalis Ord. praedicator in Polonia et Dominicus de Seczemin Juris Pontif. Dr. cancellarius ecclesiae gnesnens.

" " d. 19 Aprilis Oczko inscriptus.

1520 d. 9 Martii. Ex decreto Regis et Conventus in Thorunia decolati sunt in ortu solis in arce crac. circa puteum veterem lapideum 2 consules Kazimir: Petrus Schelongk et Stanislaus Syczko et scabinus Nicolaus Schelong (filius ejusdem Petri) ob decolationem Andreae Slabosz nobilis)

1520 d. 8 Maji. Anna reginula secundo genita regis Sigismundi mortua et d. 25 Maji sepulta.

" " d. 11 Junii. Gastolth dux Lithvaniae mortuus.

" " d. 1 Augusti natus est filius regis Sigismundi hora ^

" " d. 2 Augusti Johannes Turso episcopus vratisl. mortuus Nissae

1521 d. 29 April. Stanislaus Vitreatoris Juris pontif Dr. canonicus plocensis mortuus.

1521 d. 5 Maji. Rex ex Prussia rediit Cracoviam.
" " d. 14 Maji. Dr. Petrus de Oborniki respondit pro loco in Medicinis.
" " d. 29 Julii Mgr. Stanislaus Byalkowski electus in Canonicum.
" " d. 10 Julii. Dr. Laurentius de Slupcza respondit pro loco in Jure.
" " d. 28 Octobr. Rex exivit in Piotrkoviam.
1521 d. 23 Novembr. D. Jacobus Gorscius natus.
" " d. 10 Decembr. Dr. Franciscus Haller respondit pro loco in Medicinis.
1522 d. 9 Mart. Mgr. Erasmus Smigmatoris de Cracovia consecratus in Abbatem de Mogila.
" " d. 4 Maji. Dr. Petri de Obornyki sponsalia.
" " d. 9 Sept. Erasmus episcopus ploens. mortuus Romae (sepultus ad S. Mariam Minervam)
" " d. 12 Octobr. decidit nix magna cum pluvia et d. 19 tempestas cum pluvia et tonitru horribili.
Anno 1512 Bacal. Anno 1515 Mr. Art. factus " " d. 7 Novembr. Nicolaus Vitreatoris de Fraemeschnya Art. et Med. Dr. venktus obiit (peste)
" " d. 15 Nov. Frigus intensum incepit.
" " d. 19 Novemb. Mane ignis in platea castr. exarsit aliquot habitationes in domo civiali sutorum ex oposito OOSS. et mulier una combusta est.
1523 d. 2 Januar. Rex venit ex Lithvania.
" " d. 22 Januar. Mgr. Simon de Schamotuli electus in Collegiatum minorem post resignationem Mgri. Alberti de Krayno uxorati.
" " d. 8 Maji. Stanislaus de Cracovia canonicus ploen. et praeposit. poltovien. obiit.
" " d. 4 Novembr. Felix Organista capite plexus est in foro cracov.
" " d. 15 Decembr. Joannes Bonar consul crac. zupparius et procurator arcis crac. mortuus est et d. 20 Dec. sepultus.

1523 d. 26 Decembr. Joannes Nyeskovita Juris Pontificii Dr. in oppido Myslinicze ubi erat plebanus ambulans pro columbatione post vesperas in domo cujusdam oppidani per Valachos crudeliter transfossus et dissectus interiit.

1524 d. 25 Januar. Ignis hora 2a erupit et institas smigmatorias absumpsit.

" " d. 6 Aprilis. Petrus Tomicki ex posnaniensi receptus ad episcopatum cracov. post resignationem Joannis Konarski.

" " d. 4 Junii. Ignis erupit in circulo crac. in domo Lucae Noskowski Dri et partem tecti exussit.

" " d. 10 Junii. Ignis in platea S. Floriani 4 domos exussit.

" " d. 23 Junii. Ignis in platea castrensi

" " d. 25 Junii. Turcorum 30,000 Podoliam populantur. et mense Julio cum Turcis et Tataris maximam hominum multitudinem abegerunt.

" " d. 10 Augusti. Rex exivit contra Turcas.

1525 d. 10 April. Albertus Mgr. generalis Prussiae homagium praestitit Regi in Cracov. et in ducem secularem per regem creatus cui collatum est vexillum album ex adamasco cum armis videlicet: Aquila nigra in campo albo habens in pectore literam S quod factum horo xj integri horologii.

" " d. 19 Octobr. Restitui omnes libros Astronomicos d. Andreae Zasszanski.

1526 d. 10 April. Sigismundus rex Gedanum venit tumultum ex secta Lutheranorum inter senatum et plebem

" " d. 11 Aprilis. Ventus fortissimus diruens edificia et tecta.

40

1526 d. 28 Aug. Mgr. Jacobus de Kleparz (Fridel) in canonicum S. Floriani electus.

" " d. 29 Aug. Exercitus regis Ungariae Ludovici per Turcos caesus et ipse rex in quadam paludine interiit.

" " d. 13 Septembr. Nobilitas ducatus Masoviae Regi Sigismundo in Varsavia praesenti juramentum fidelitatis praestitit, post obitum ducum Masoviae.

" " d. 22 Octobr. Moneta denariorum parvorum cepit cudi Cracoviae et grossorum latorum.

" " mense Octobri pestis hic inde serpebat.

" " d. 1 Novembr. Primum frigus intensum et d. 2 prima nix lenta cum frigore.

" " d. 28 Novembr. Dr. Joannes de Leschnicza canonicus gnesn. mortuus in Suburbio.

1527 d. 8 Januar. Stanislaus Cazimirita monetae falsarius exustus est.

" " d. 20 Januar. Constantinus et Osthaffey milites strenui fuderunt 26000 Tartarorum, quorum 500 captivos in triumpho duxerunt.

" " d. 24 Martii Raphael Lyeschynski episc. ploc. in Polthowsko mortuus.

" " d. 2 Maji. Ignis erupit in platea S. Francisci.

" " d. 4 Sept. Electus sum in canonicum S. Floriani et d. 9 praesentatus ad cursum legendum in theologia (autor był z Ilcika)

1528 d. 24 Aprilis. Ignis in spatio 3 horarum exussit plateas a S. Nicolai usque Judaeorum et omnes turres incipiendo a porta S. Nicolai ad turrim circa domum magistri cannalium, multa bellica tormenta cremata, circa 500 homines in igne cremati alii suffocati in cellariis alii adusti, ignis ingens propter venti vehementiam. Sub idem tempus totum oppidum Kleparz cum templo S. Floriani et Scola, item Suburbium Biskupie exarsit.

1528 d. 18 Maji. Claustrum monialium in Ferali alias na Zwyerzincu in meridie a parte postica fraude succensum funditus cum templo licet tegulis tecto crematum concidit. Omnis ornatus ecclesiae, calices cum magna summa pecuniarum, omnia privilegia exusta sunt

" " d. 25 Maji Mgr Leonardus Vishka, Mr Stanislaus Wielopole, Mr Andreas Crac. principiaverunt.

" " d. 24 Junii. Inundatio magna Vistulae quae prata et campos adjacentes perfundedit.

" " d. 19 Julii. Inundatio maxima Vistulae rursus qua totum monasterium et ecclesiam Bernardinorum aqua replevit. Magna jactura in campis pecudibus, frumentis quae meti debuerant.

" " d. – Augusti. Cepit vigere contagio in platea castrensi et in lata plurimum seviebat

1529 d. 15. Octobris. Frigus intensum et d. 17 nix satis copiosa primum.

1530 d. 6 Jannarii. Postulatio regis electi Sigismundi II facta per Andream Cricium episc. ploc. Joannem Czarnkowski premisl. 2 palatinos sandomir. et calis. et 6 castellanos.

" " d. 20 Febr. Coronatio regis Sigismundi Augusti et d. 21 Febr. sedit in tribunali ante praetorium media hora ante meridiem.

" " d. 20 Martii. Ecclesia cathedralis in Plozka exusta est funditus a fulmine, tectum plumbeum liquefactum.


" " d. 30 Martii Electus est Abbas in Jędrzejów.

" " d. 21 Decembr. Petrus de Cracovia suffraganeus, archidiaconus et canon. plocens. mortuus Cracoviae in platea S. Floriani in domo Joannis Eichler civis crac. sepultus d. 23 Decembr in ecclesia B. Mariae sub crucifixo circa altare Annunciationis B. Mariae in dextra parte ex opposito Ciborii. (Pokrom mit 6 Häuschen) (Lubart Mgr Art. 1495)

1531 d. 8 Mart. Reddidi opera Jeronimi domino Abbati de Mogila
" " d. 24 Aprilis Dr Bernardus decanus S. Floriani in itinere mortuus est et Cracoviam adductus.
" " d. 8 Maji ad noctem sequentem, Ignis retro bursam canonistarum ex stabulo d. Stadnicki erupit et absumpsit omnes lapideas et curias in platea castrensi usque ad ecclesias S. Trinit. OO.SS. et S. Francisci, in latitudine a muro ad murum, et consumpsit aliquot curias posteriores canonicorum, usque ex opposito S. Andreae cessavit.
" " d. 18 Maji. Johannes Laski archiep. gnesn. obiit 21 anno episcopatus.
" " d. 21 Maji. Ignis absumpsit lupanar civitatis retro S. Mariam ante horam 1am noctis sequentis.
" " d. 4 Octobr. Mgr Martinus (Dobergast) praedicator Almanorum S. Mariae mortuus, vir doctrina moribus, pietate incomparabilis, omnibus Lutheranis metuendus.

Właściwie są tu zapiski trzech: a) N. wiecKandega uniwers. Krak. 1488. b) Leonarda ~~de Wyssuka~~ Decr. Dr Lubest c) Stanislai de Cracovia (który miał krewnego sufraganem w Płocku) Piotra Lubarta

): Rękopiśmienne dopisy w druk dziele: Ephemerides ab a. 1484–1498. 6. m. 4to i Almanach nova plurimis annis venturis inservientia per Joannem Stoeffle-rinum Justingensem et Jacobum Pflaumen supputata (Ephemerides 1499–1531) Opera arteque impressionis Joannis Reger 1499 he Ephemerides expletae Ulmae 4to razem oprawione – dopisy 3 osób – na okładce dopis: „1484. Magistri Leonardi Vitreatoris sum donatus Mgro Stanislao de Cracovia „Collegiato majoris Coll. Artistar. et post mortem „applicetur ad catenam ferream librariae artistarum Univ. Crac. ut unicuique indigenti sit obvius „et patens accessus; et nemini extradatur privatim, „ne pereat, quod Astrologicae facultati plurimum „conducere videbitur." R. III. 7. :)



seria 8

Notata Pauli Wolski vicecancellarii Regni. 210

1532 d. 18 Febr. p. podskarbi umarł.
" " d. 19 Apr. data est mihi castellania Sochaczov.
" " d 30 Decembr. d. Cristophorus (Szydłowiecki) castel. crac. obiit post horam 23. – sepultus in Opatow d. 17 Mart. 1533.
1533 d. 2 Junii Jadwichna brata slub z p. Dobrzykowskim.
" " d. 15 Junii mater mea obiit
1535 d. 22 Aug. Drzewicki archiepisc. mortuus
" " d. 28 Aug. princeps Joachimus margrabia elector intravit Cracov. et d. 29 Aug. nuptiae ejus cum Hedvigi filia regis Poloniae – d. 9 Sept. exivit de Cracovia cum conjuge.
1536 d. 20 Januar. dałem (Katarzynę) corkę p. Dzikowi (Mikołajowi) w małżeństwo.
" " d 18 Octobr. Zamku Krakow. więkssza część co lepszego budowania zgorzała nocy minionej o 7 godzinie
1537 d. 16 Febr. datus est mihi vicecancellariatus regni
" " d. 10 Maji. Krzycki arcyb. umarł.
1538 d. 11 Martii Chojenski episc. crac. obiit.
" " d. 30 Julii frater Stanislaus mortuus.
1539 d. 28 Januar. Krolewna Izabella brała slub z posły Krola Węgier Jana, a ci byli: Broderik, Pereni Peter a Werbeczy Kanclerz (mieli Koni 600 – przybyli do Krakowa d. 15 Januar)
1539 d. 27 Febr. datus est mihi cancellariatus regni.
" " d. 10 Aug. dałem corkę Dorotę za p. Czernyewskiego
1540 d. 7 Julii filius regis Hungariae natus
1541 d. 8 Maji obiit Buczacki episc. plocens.
1542 d. 30 Januar. moja małżonka umarła.
1544 d. 2 Augusti datus est mihi episcopatus posnaniensis.
1545 d. 27 Augusti Gamrat archiepiscopus mortuus.

95

1546 ~~[illegible]~~ d. 17 Febr. parens mihi obiit. (dopis syna)

Series liberorum magnif. Pauli de Volya (herbu Łabędź) Regni Poloniae Vicecancellarii Burgrabii Cracov. et Capit. Gostinens. (nati 1487 fer. 5ta ante fest. Anuntiat. ~~Mariae~~ – uxorati a. 1512): 1) Anna nat. 1513. 2) Stanislaus n. 1515. 3) Sophia nat. 1516. 4) Hedvigis nat. a. 1517. 5) Dorothea mortua 6) Katherina nat. a. 1521. 7) Joannes nat. 1523 8) Dorothea nat. a. 1526. 9) Christophorus natus a. 1528. 10) Petrus natus a. 1531. 11) Casper natus a. 1534. 12) Hedvigis secunda nata a. 1536 (: dopis syna:)

Brat Pawła Wolskiego kanclerza urodz. 1486.

(: Rękopiśmienne dopiski w Ephemeridum opus Joannis Stoefleri Justingensis Mathematici a capite anni 1532 in alios 20 annos (do r. 1551). Tubingae per Huldenrichum Morhart. 1531. 4to z drzeworytem Stoeflera popiersia w odmiennych ozdobkach bez napisu – taki sam jak Kopernik od r. 1520 Olesz[c]zyńskiego. – R. XI. 17. – Dawniejsze dopiski tegoż Pawła Wolskiego są w Almanach noua plurimis annis inservientia per Joannem Stoefflerinum Justingensem et Jacobum Pflaumen. Venetiis in edibus Petri Liechtenstein. 1518. 4to bez drzeworyt. 5. IV. 35)

właściwy tytuł: Systema cosmicum authore Galilaeo Galilaei in quo quatuor dialogis de duobus maximis mundi systematibus Ptolemaico et Copernicano disseritur. ex Italica lingva. Augustā Trebo[c]. 25.42

A: Dialogus de systemate mundi Autore Galilaeo Galilaei Lynceo. Augustae Treboc. Impensis Bonaventurae et Abrahami Elzevir bibliopolar. Leydens. A. 1635. 4to tytuł sztych przez Fr na nim stojące i rozmawiające 3 figury z podpis: Aristot. Cl. Ptolem. N. Copernicus z gołą głową [illegible] ziemi włosy w szubie, trzyma glob. jak zwykle. sztych Jac. ab Hayden

Notata Petri Dunin-Wolski episcopi plocens. cancellarii Regni Polon. † 1590
(qui ad recuperandam successionem post Bonam Sfortiam missus erat a Rege Sigismundo Augusto Hispanias.)

1561 d. 2 Januar. Discessi Vilna in Hispanias missus a Rege ad Philippum II regem Hispan. d. 24 Febr. reveni Viennam d. 18 Martii Mediolanum, d. 6 Aprilis in Montpellier, d. 10 Aprilis Barchinonem, d. 15 Caesaream Augustam, d. 20 Aprilis Toletum, d. 13 Maji Madritum veni.
" " d. 6 Martii Cardinalis Caraffa strangulatus est Romae jussu et sententia Pii IV; et ejus frater Dux Paleani capite plexus, item Comes de Alife et Don Ferrante de Candines.
" " d. 12 Sept. Comes Joannes Tenczynski venit Madritum. et d. 6 Novembr. discessit in Portugalliam.
1568 d. 29 Januar. Rex Hispaniarum Philippus II conjecit in vincula filium Carolum adolescentem viginti et aliquot annorum, qui d. 24 Julii in vinculis mortuus est. (Don Carlos.) et d. 3 Octobr. Regina ~~Reg~~ Hispaniarum Helisabet filia Henrici regis Galliarum mortua est.
1569 d. 18 Junii Veni Gennam, d. 23 Julii Halam, d. 1 Augusti Viennam, d. 18 Augusti Cracoviam, d. 25 Septembr. veni ad Regem in Kniszin. d. 29 Octobr. discessi e Kniszyn rediens in Hispaniam et d. 27 Febr. ~~ao~~ 1570 veni Barchinonum et 22 Martii 1570 Madritum, d. 3 Aprilis Cordubam, d. 29 Aprilis Hispalim, d. 19 Maji Granatam cum rege 1570.

(Wolski jedzie za urlopem do Polski - lecz z powodu śmierci Posła Piotra Barzego Kaszt. przemysk. † 24 paźdz. 1569 wrócił do Hiszpanii

1573 d. 8 Junii accepi nuntium Matriti de electio-
ne Henrici in regem Polonorum.
" " d. 9 Julii discessi Madrito - per Baionam
d. 2 Augusti veni Lutetiam Parisiorum. - cum
nuntiis polonicis d. 20 Augusti salutavi regem
et d. 26 Sept. discessi Parisiis, per Lugdunum
Medidanum d. 18 Novembr. veni in Gomo-
lin.
" " d. 15 Decembr. Salutavi Varsaviae Infantem
1574 d. 18 Febr. Rex Henricus ingressus est Craco-
viam fere hora 1a noctis.
" " d. 6 Aprilis Creatus sum Procancellarius.
" " d. 18 Junii. Regia Majest. ante horam primam
subito ac secreto profectus est in Galliam.
" " d. 11 Octobr. Dirupta est domus Brog.
1575 d. 21 Martii. Drojowski redit ex Gallijs a Rege.
" " d. 6 Aprilis. Valentinus Jordanowski venit a
Rege ex Galliis cum literis d. 12 Martii Pari-
siis scriptis
" " d. 7 Aprilis. Decespesse redit Cracoviam ex
Prussia, Litvania, Masovia
1575 d. 1 Augusti. Christopherus Zborowski juvenis viginti
aliquot annorum fidem catholicam professus
a Vincentio Laureo episcopo Montis Realis bapti-
satus est Varsoviae.
" " d. 18 septembris. Franciscus Krasinski consecravit
in Krasno ecclesiam suo sumptu e lapide cocto
extructam.
" " d. 4 Octobr. coepta est Convocatio ab Jacobo Uchanski
archiep. indicta, d. 7 Novembr. Electio novi Regis
apud Varsoviam caepta, d. 12 Decembr. Maximilianus nomi-
natus Rex Poloniae et d. 18 Novembr. declaratus per Andream
Gralinski marsalcum.

1575 d. 13 Decembr. Stephanus nominatus Rex
" " d. 13 Decembr. Mathias Drzewicki mortuus Romae.
1576 d. 9 Martii Castellanus Malogost. Christophorus Wlodzislawski et Bialobrzeski suffragan. crac. ex Conventu Sandomiriensi legati ad Caesarem decreti Cracovia discedunt Viennam ubi d. 23 Martii Maximilianus Caesar Regnum Poloniae solenniter accepit.
" " d. 28 Martii In schola in Arce Cracov. puer glande ex fistula ferrea per collum in luctu a quodam emisso occisus.
" " d. 6 Novembris. Nominatus sum a rege episc. premislien. et d. 29 April. 1577 episc. plocen.
1577 d. – Novembr. „Mortuus est castellanus sanocensis „Joannes Herbort vir nobilitate et legatio„nibus clarus in graecis et latinis literis egre„gie versatus ita ut ad orandum et munus lega„tionum natus videretur. In jure nostro excel„lens ac vix annum 50 aetatis suae excesserat.
1578 d. 25 Febr. Deposui munus Cancellarii, quod delatum est d. 1 Martii Joanni Zamojski
" " d. 11 Martii. Oratores Tartarorum legationem exposuerant.
" " d. 15 Martii. Consecratus sum in diaconum et d. 16 Mart. in presbyterum
" " d. 11 April. Camillus Garzonius Italus discessit Italiam
" " d. 16 Junii Potkowa vir militaris quod Valachiam turbaverit, capite plexus Leopoli.

1578 d. 1 et 2 Junii. Cracoviae magni tumultus
a pueris contra Evangelicos et Brog
" " d. 29 Junii primam missam dixi.
" " d. 3 Decembr. Legati Moschorum venerunt
Cracoviam
1579 d. 5 Febr. Pultoviam venit Andreas Batory
filiaster regis ad studendum apud Jesuitas
" " d. 7 Martii. Zamojski cancellarius misit ad
me d. Abram Herbort puerum 10 annorum
" " d. 4 Augusti Discessi ex Pultovia cum
legatione ad Papam. et reveni Cracoviam
d. 16 Junii ~~ao~~ 1583. (r. 1583 jest ostatni zapisków)

/: Notaty w drukow. dziele: Ephemerides Jo:
annis Stadii ab a. 1554 usque ad a. 1600
Coloniae Agrippinae apud haeredes Arnoldi
Birckmanni 1570. 4to S. IV. 21. nov.
CXXXIV. I. 59. :/

Notata Martini Foxii Med. Doct. et Prof. +1588.

1563 D. Martinus Fox Medicus Patavii (z Leśniowolskim wojewodzicem jezdził do Włoch)
1567 d. 26 Martii Migravimus in domum, d. 27 Bononiam venimus
1567 d. 30 Octobr. Doctor Lucas discessit in P.
1567 d. 20 Novembr. Lecturam medicinae Bononiae suscepi.
1568 d. 18 Januar. Philippus Hispaniae rex circa noctis medium cameram filii sui cum aliquot consiliariis ingressus est. (Don Carlos)
1568 d. 11 Martii. Bononiae Doctoratus in medicina insignia accepi
" " d. 11 Augusti Bononiae discessi domum
1569 d. 28 April. Lublinum discessi
" " d. 9 Maji Joannes Firlej marschalus me in Medicum suum cooptavit.
" " d. 3 Octobr. Mss domina nostra mortua est (Firlejówa Janowa)
1570 d. 22 Octobr. Contraxi matrimonium Cracoviae cum Caterina filia ol. Doctoris Alberti Oman Posnaniensis praeceptoris mei, nepte vero clarissimi in Polonia medici et chirurgi d. Jacobi Gaier.
1571 in Mense Septembri jam aliquid de peste auditum est Cracoviae, et in Octobri numerum mortuorum notari incepi: Itaque 1a septimana (a 1o usque ad 6 Octobris) mortui 52, in 2a Septimana (ad d. 13 Octobr.) mortui 64, in 3a Septimana (ad 20 Octobr.) mortui 73, in 4a Septimana (ad d. +

27 Octobr.) mortui 83 Cracoviae

1571 d. 3 Octobr. Jacobus Gaier Medicus et nostra aetate inter chirurgos princeps, socer meus mortuus anno aetatis 76. +

1572 d. 30 Augusti. Grassante peste Cracoviae magis ac magis ego cum familia discessi in Gierczyce villam magnif. d. Andreae Barzi.

" " d. 20 Septembr. Mortui Cracoviae 251, Casimiriae 75. (przez tydzień)

" " d. 27 Septembr. Mortui Cracoviae 395, Casimiriae 96.

" " d. 25 Septembr. Anna Petrowna soror mea uterina 1° vot. d. Floriani Sibenberger 2° vot. d. Doctoris Damiani uxor, 3° voto desponsata Stanislao Reznowski vicezuppario olkus.

1573 d. 28 Febr. Discessi Cracovia Koninum cum d. Alexandro Montucco oratoris regis Galliae nepote.

1573 d. 1 Julii Natus est mihi filius Jacobus (1a filiola Catharina quae nata 1572 d. Valentini † obiit 22 Sept. sepulta ad S. Trinitatem)

" " d. 17 Julii Krzizanowski abbas tinecensis mortuus

" " d. 8 Julii. Disputationem pro incorporatione inter professores publicos habui sub rectoratu Martini Pilzno, cui adfuerunt d. Joannes Firlej palat. et capit. crac. supr. Marsalcus, Valentinus Dembinski Cancellarius cum filiis capit. checin. et czorstin, d. Dluski, d. Spinek, d. Duditius, Canonici Crac. aliquot Argumentabantur primum Dr Rector, post Dr Picus, Dr Antonius Schnebergerus, Dr Pontificius, Decanus et 12 Magistri; duravit disputatio ab hora 9 usque post 16. — D. 9 Julii incorporatus sum inter doctores et locus mihi assignatus praesente decano facultatis medicae Dre Pico.

† mortua 1573 d. S. Galli

1573 d. 3 Decembr. Catherina uxor mea mortua nondum egressa annum 20 aetatis.

214

1574 d. – Februarii. D. Samuel Zborowski dum Tenczinium provocavit ad hastiludium qui dum perdit et obviam fit d. Samueli inter domum Reginulae et templum res ad contentionem devenit in qua d. Wapowski vulnus capitis cum fractura cranii retulit.

1574 d. 18 Febr. Henricus rex Cracoviam ingressus hora noctis prima, d. 19 Febr. in Senatu fuit, d. 20 hora noctis prima sepultus est processiones in Rupellam, d. 21 coronatus ab Jacobo Uchanski.

" " d. 7 Martii d. Wapowski castel. premisl. ex vulnere occubuit, adjurato ad vindictam filiolo.

" " d. 16 Martii. Pecunia pro redimendo prandio a licentiatis data dividebatur. Erant autem 100 flor. Rectori et Vicecancellario fl. 9½, Doctoribus singulis fl. 3 gr. 21, Theologiae baccalaureis singulis fl. 2 gr. 4, Procuratori fl. 2 gr. 8, Regalibus singulis fl. 1, gr. – Minoribus singulis fl. 1 gr. 7, Extraneis – – Sapientiis fl. 1. Pro Universitate nihil.

" " d. 15 Mart. Decretum primum Regis in causa Zborowiorum latum.

" " d. 19 Junii post solis occasum Henricus Poloniae rex clam ex arce per portam minorem exivit et pedes paucis comitatus po podzamczu usque ad hortum ivit, ibique rhedam se expectantem conscendit et per loca avia in Silesiam abiit, post in Galliam inequis ad celeritatem dispositis discessit.

" " d. 19 Septembr. Contraxi matrimonium cum 2a uxore Anna filia ol. Bartolomei Pusz consulis crac.

" " d. 10 Octobr. In sinagoga haereticorum Cracoviae puer Orzechowski spectans matrimonium, nominavit B. V. Mariam

129

cui eam ob rem Kiruzek colaphum dedit. Is ad vindictam studiosos et varios nobiles convocavit, qui ingentes tumultus excitarunt. Plebs commota sequente die absentibus studiosis ad vastandam synagogam currit, neque potuit frenari donec excisis et fractis foribus cathedram, subsellia, scamna, atria, laquearia, tectum magna ex parte deturbarent. Omnia ibi deposita direpta, duravit tumultus ad diem Martis.

1574 d. 3 Novembr. Lectionem incepi.

1575 d. 19 Martii Accepi ex praetorio pro 3 quartalibus Anni 1573 (pensionem)

" " d. 24 Septembr. Joannes Turobin J.U. Dr. Rector Univers. apoplexia mortuus.

1576 d. 10 Februar. Palatinus Cracov. cum deputatis miserunt ad Rectorem et Universitatem ut profiterentur quem regem legitimum agnoscerent, scholamque dimitterent.

" " d. 29 Febr. nata est mihi filia Anna.

1578 d. 11 Febr. natus est mihi filius Josephus

Magistri Simonis civis Leopol. filius nascitur 1548 ultima Novembri. Dorotea filia 1551 d. 3 Maji, Anna filia 1553 d. 24 Sept. Christina 1555 d. 24 Novembr.

): Dopiski w książce druk: L'Efemeridi di M. Gioseppe Moleto Matematico per anni 18 (1563-1580) In Venetia apresso Vincenzo Valgrisio 1563. 4to. Nr. nov. 67.

Kop.
215


Zapiski
Michała z Wrocławia

1501 – 1530

Stoeffler 1499 – 1531

R. XI. 15 – Inc. 2702 (Math 2925)

V



Notata Michaelis Vratislaviensis

1501 d. 17 Octobris. Vocatus sum ad maius Collegium.

1506 d. 6 Augusti. Alexander rex Poloniae Vilnae moritur.

" " d. 8 Decembr. Sigismundus Petrkoviae in Regem Poloniae proclamatur.

1507 d. 20 Januar. Sigismundus Cracoviam ingredit hora 22.

d. 24 Januar. Sigismundus in Regem Poloniae coronatus hora 19.

d. 24 Martii. Stanislaus Romer natus.

d. 1 Junii. Optavi altariam in stuba communi.

d. 7 Junii. Natus est Paulus Koffman

d. 11 Junii. Tonitru magnum Cracoviae in praetorio hominem occidit et arcem tetigit.

1508 d. 17 Novembr. Natus est Martinus Koffman.

1511 d. 1 Septembr. Electus sum in Canonicum.

1518 d. 15 April. Bona virgo dux Bari et Mediolani, sponsa Sigismundi I regis Pol. Cracoviam ingressa est.

1523 d. 8 Septembr. – Doctor Mathias de Miechow medicus doctissimus cum Joanne Bonar mercatore ditissimo hoc anno e medio sublati sunt. Et eodem anno Erasmus Czyolek Cracoviens. Episcopus Ploczens. Romae mortuus est.

1524 d. 17 Januarii. – Barth. Rimer nuptiae cum Anna de Szandecz.

1525 d. 19 Martii. – Tonitru deiecit globum de turri Lubranska in arce Cracov.

1526 d. 17 Octobr. Rev. pater d. Joannes Amicinus magnum decus Universitatis nostrae protunc Rector eiusdem cessit officio Rectoratus et vitae in crastino S. Galli.

1528 d. 1 Novembris: d. Martinus Pilsnensis postea Canon. Crac. Wratisl. hora 10 noctis natus.

1530 d. 20 Febr. Coronatur rex Sigismundus secundus.

Ex libro: Almanach nova plurimis annis venturis inservientia, per Joannem Stoeffle-rinum Justingensem et Jacobum Pflaumen Ulmensem accuratissime supputata (ab. a. 1499 – 1531). Opera arteque impressionis Joannis Reger A. 1499 Idibus Februariis, Ulmae. 4to (Liber Doctoris Michaelis Vratislaviensis legatus pro libraria Maioris Collegii) (R. XI. 15.)

zindeksowano

219

Zapiski Anonima

1461 — 1506

Regestowano 1492 - ~~1506~~ 1498
Indeksowano 1499 - 1506

Inc. 2614 - 2615

V

1261 fer: 2a ipso die Exaltat. S. Crucis Zophia Regina Poloniae obiit.

1217 Innundatio Wislae ubi et pons Kazimiriensis ruptus fuit ipso die S. Jacobi Apost.

1491 d. 26 August. Joannes Albertus proclamatus Rex Polon. et d. 23 Sept. coronatus

1493 d. 11 Julii Princeps Sigismundus Posnaniae hastilusit cum Baronibus.

1497 d. 26 Octobr. Poloni caesi et capti in Walachia in silva Bukowina.

1500 d. 1 Sept. incepit Jubilaeus.

" d. 16 Sept. Judaei Kazimiriae per Cruciognatos plures occisi et vulnerati sunt.

1503 d. 21 Novembr. Dr Mathias Kobylyn̄ko mortuus est.

1504 d. 23 Januar. Dr Albertus de Pnyewy obiit.

1504 d. 17 Martii Dr Joannes Starzechowski Canon. et vicar. in Spiritualib. Crac. defunctus.

1504 d. 1 Maji Dr Joannes Wyszczoczky obiit.

" " d. 18 Junii Choraschyci (Paulus de Woczimowice) Canon. crac. obiit.

" " d. 22 Aug. Pars Kazimirie una cum turri seu valva Wyeliciensi est excusta.


" " d. 2 Novembr. Balneum Kazimiriense cum aliquot domibus exustum.

" " d. 20 Decembr. Erasmus Czyolek episc. ploc. Victorinus Szyenyenszky et Czepel canon. crac. oratores ex parte Regis Pol. ad Curiam Romanam exiverunt.

1505 d. 18 Mart. Nicolaus Lanczky canon. crac. obiit
1505 d. 16 April. Petrus Szobyenozky palat. crac. obiit
sepultus d. 5 Maji
1505 d. 30 Aug. Elisabeth regina Polon. mortua, sepulta
d. 21 Septemb.
" " d. 1 Novembr. Johannes Starzechovita Dr. Theol.
obiit.
1506 Paulus Chydlowyeczki custos crac. d. 2 Aug. [Junii] obiit
1506 d. 19 Augusti Alexander rex obiit in Wilna

/: Rękopiśmienne dopiski w druk: Almanach Magistri Johannis de Monte regio
/: Ephemerides ab a. 1492–1506:/ Augustae
Vindelicorum 1497. 4to :/

1506 d. 15 Mart. palatinus Crac. videlicet Schram (Joannes
Tarnowski) Consules elegit.



222

Zapiski

anonima

z lat 1526 - 1528

Zbiór Kalendarzy pisanych z prognostykami i horoskopami od r. 1521. Mscr. in 4º w bibl. univ. crac. Nº 813. (Almanach)

1526(?) in die S. Georgii circa 19 horam Cracovia ardere incepit apud sutorem circa Novam valvam et domus per medium circuli conflagratae sunt usque ad ecclesiam S. Stephani et tota Kleparz exusta est cum ecclesia, campanili, schola, ambae ecclesiae ad S. Spiritum, chorus apud S. Marcum, ecclesia S. Mathaei, ecclesia S. Crucis, Philippi extra moenia, totum Biskupye, Pędzychow.

1528 Eodem anno Istula perabunde inundavit, quod aqua in ecclesia Bernardinorum fuit ferme ad virum et in navibus Bernardini ibant ad claustrum.

1526 Aprilis 22. Baccalaureus Janecz/ka intronisatus/ in scholam sancti/ Floriani hora/ quasi duodecima/ post sermonem cujus/ intronisationi/ ego cum doctore/ Olszna interfui/ per magistrum Andream/ Opoczno ejus ante/ cessorem.

Sebastianus Janeczka de Klepar baccal. 1523 Dr. Phil. 1526 De[illegible] 1535 [illegible] canon. crac. Stefanus [illegible] 1568 [illegible] Michael a [illegible] de Olsza Dr. Phil. † 1527

Andrzej z Opoczna baccal. 1517.


1527 Septembris 2. Hac nocte doctor Michael de Olszna pater ipsius et Clemens obiit infectus contagione pestilenciaca.

1527 Novembris 16. Sacranus obiit

Tabularum resolutarum compendiosa pro juniorum institutione interpretatio per Magistrum Johannem Glogviensem recollecta. – finis per me Johannem de Wyelyczkow A. D. 1524.

(Horoskop): nativitas illustris ducis domini
1) Johannis filii Sacrae Majestatis Regiae Crac.
Anno 1ℓ∧3° in Aprili d. h. m. 2. – Conceptio
nati erat Anno 1ℓ∧2° in Julio die 1ℓ hora
prima post medium noctis sequentis, Sole exis:
tente in initio 2' gradus Leonis et Luna in 1ℓ°
mi^co^ 2ℓ^bi^ gradus Scorpionis.
2) Revelatio geniturae Illustris ducis Johannis
Anno 1ℓ87^to^ in Aprili d. h. m. 2.
obiecuje mu majątek godności: – ~~et~~ inclinabit
